Gallus ad tollendum Marium miſſus, rem non audet aggredi.

Omen de Mario.

Minturnenſes.

οἱ τῆς πόλεως ἄρχοντες ἀναπαυόμ
νον ἐν οἴκῳ ζοφώδει, δεδιότες μ
τὸ κήρυγμα τοῦ δήμου, φυλαττ
μενοι δὲ ἀνδρὸς ἑξάκις ὑπατεύσα
τος, καὶ πολλὰ καὶ λαμπρὰ εἰργασ
μένου αὐθένται γενέσθαι, Γαλάτη
ἄνδρα ἐπιδημοῦντα μετὰ ξίφους ἐσ
πεμψαν ἀνελεῖν. τὸν δὲ Γαλάτη
φασὶν ἐν τῷ σκότῳ προσιόντα τ
στιβαδίῳ, δεῖσαι, δόξαντα τοὺς ὀφ
θαλμοὺς τοῦ Μαρίου πυρὸς αὐγὴ
καὶ φλόγα ἀφιέναι· ὡς δὲ καὶ ὁ Μα
ριος αὐτὸς ὑπανιστάμενος ἐκ τ
εὐνῆς ἀνεβόησε παμμέγεθες αὐτῷ
Σὺ τολμᾷς κτεῖναι Γάϊον Μάριον
προτροπάδην ὁ Γαλάτης ἔφυγ
ἔξω διὰ θυρῶν, μεμηνότι ἐοικὼς
καὶ βοῶν οὐ δύνασθαι κτεῖναι Γάϊ
Μάριον. ὅθεν καὶ τοῖς ἄρχουσιν, ἅ
τε καὶ τέως ζῶντα σὺν ὄκνῳ κεκρι
νόσι, ἐνέπιπτε τι δαιμόνιον δέος
καὶ μνήμη τῆς ἐκ παιδὸς ἐπιφημι
σθείσης τῷ ἀνδρὶ ἑβδόμης ὑπα-
τείας· παιδὶ γὰρ ὄντι φασὶν ἀετοῦ
νεοττοὺς ἑπτὰ καταρρυῆναι ἐς τὸν κόλ-
πον, καὶ τοὺς μάντεις εἰπεῖν, ὅτι ἑ-
πτάκις ἐπὶ τῆς μεγίστης ἀρχῆς ἔσοι-
το. ταῦτ' οὖν οἱ τῆς Μιντούρνης ἄρ-
χοντες ἐνθυμούμενοι, καὶ τὸν Γαλά-
την ἔνθουν κατὰ δαίμονα καὶ περιδεᾶ
νομίζοντες γεγονέναι, τὸν Μάριον αὐ-
τίκα τῆς πόλεως ἐξέπεμπον ὅποι δύ-
ναιτο σώζεσθαι. ὁ δὲ γινώσκων ἑαυτὸν
ζητούμενόν τε ἐκ Σύλλα καὶ πρὸς ἱπ-
πέων διωκόμενον, ὁδοὺς ἀτριβεῖς ἐ-
πὶ θάλασσαν ἤλατο, καὶ καλύβης ἐ-
πιτυχὼν ἀνεπαύετο, φυλλάδα ἐπι-
βαλλόμενος τῷ σώματι· ψόφου δ'
αἰσθόμενος ἐς τὴν φυλλάδα ὑπε-
κρύφθη, καὶ μᾶλλον ἔτι αἰσθόμενος,
ἐς σκάφος ἁλιέως πρεσβύτου πα-
ρορμοῦν, βιασάμενος τὸν πρεσβύ-
την,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

ω, ἐσήλατο, χειμῶνος ὄντος, καὶ πεῖσμα κόψας, καὶ τὸ ἱστίον πε-σας, ἐπέτρεψε τῇ τύχῃ φέρειν· στήχθη δ' ἔς τινα νῆσον, ὅθεν νεὼς κείων ἀνδρῶν παραπλευσάσης ἐπιτυ-ών, ἐς Λιβύην ἐπέρα. εἰργόμενος ὲ καὶ Λιβύης ὡς πολέμιος, ὑπὸ εξτίου ἡγουμένου, διεχείμαζεν ἐν ῇ θαλάσσῃ, μικρὸν ὑπὲρ Λιβύην αι ἐν τοῖς Νομάδων ὅροις· καὶ αὐ-ῷ θαλασσεύοντι δεῦρο, κατὰ πύστιν έπλευσαν τῶν συγκατεγνωσμένων έθηγός τε καὶ Γράνιος καὶ Ἀλβι-ανὸς καὶ Λαιτώριος, καὶ ἕτεροι, ὁ υἱὸς αὐτοῦ Μαρίου, οἳ ὡς μὲν νδρες ἐσθλοί, ἐς τὸν Νομάδων δυ-άστην ἀπὸ Ῥώμης διέφυγον, ὑπο-ίᾳ δ' ἐκδόσεως, ἐκεῖθεν ἀπέ-ρασαν. οἱ μὲν δή, κατὰ καὶ Σύλλας ἐπεπράχει, βιάσασθαι τὴν πα-ρίδα διανοούμενοι, στρατιὰν δὲ ὐκ ἔχοντες, περιέβλεπον εἴ τι συμ-αίη.

Ἐν δὲ Ῥώμῃ Σύλλας μὲν ὅπλοις ὴν πόλιν ὅδε πρῶτος καταλαβὼν ς, καὶ δυνηθεὶς ἂν ἴσως ἤδη μο-αρχεῖν, ἐπεὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμύνατο, ὴν βίαν ἑκὼν ἀπέθετο, καὶ τὸν στρα-ὸν ἐς Καπύην προπέμψας, αὖ-ις ἦρχεν ὡς ὕπατος. οἱ δὲ τῶν ἐξ-λθόντων στασιῶται ὅσοι τῶν πλουσίων, ὲ γύναια πολλὰ πολυχρήματα, ῆ δέους τῶν ὅπλων ἀναπνεύσαντες, ρεθίζοντο ὑπὲρ καθόδου τῶνδε τῶν ἀνδρῶν· καὶ οὐδὲν σπουδῆς ἢ δαπά-ης ἐς τοῦτο ἀπέλειπον, ἐπιβουλεύον-τες καὶ τοῖς τῶν ὑπάτων σώμασιν, ὡς οὐκ ἐνὸν τῶνδε περιόντων ἐκεί-νοις κατελθεῖν. Σύλλᾳ μὲν δὴ καὶ παυσαμένῳ τῆς ἀρχῆς στρατὸς ἦν ὁ ψηφισμένος ἐπὶ Μιθριδάτην, ὡς

& velo expanſo fortunæ ſe permiſit: delatúſque in quandam inſulam, & forte fortuna conſpicatus prætereuntem navem amicorum hominum, trajecit in Africam. Quum autem ut hoſtis declaratus vetaretur à Sextio, tunc eam provinciam obtinente, in littus exſcendere, in mari e- 388
xegit eam hyemem, quod Numidiam alluit. Quod ubi rumore cognitum eſt Cethego, Granio, Albinovano, Lectorio, ceteríſque damnatis eadem ſententia, qui unà cum Mario filio ad Mandreſtalem regulum Numidarum ex urbe profugerant, veriti ne ab eo dederentur inimicis, inde navigarunt ad Marium. His non deerat animus quominus exemplo Syllæ invaderent patriam, ſed quia nullum habebant exercitum, occaſionem exſpectabant.

Mandreſtal Numidarum regulus.

Interea Sylla, qui primus in urbe dominationem armis ſibi quæſivit, contentus vindicta de inimicis, de cetero à vi abſtinuit: præmiſſóque Capuam exercitu, rurſum ad conſularem poteſtatem rediit. At profugorum factio, præcipuè locupletes, & fœminæ non paucæ bene numatæ, ceſſante armorum metu, deſiderabant ſuorum civium reditum, nec operæ parcendo nec ſumptibus, conſulum etiam ſaluti ſtruentes inſidias, quaſi fruſtra ſperarent illis incolumibus. Et Sylla quidem, vel poſt conſulatum, tutus erat exercitus præſidio, quem ex S. C. acceptum ad bellum Mithridaticum gerendum,

dum, propugnatorem erat ha-
biturus. Collegam verò ejus
Pompeium periclitantem miſe-
ratus populus, Italiam ei de-
crevit, & alterum exercitum,
qui tum in ea militabat, Cn.
Pompeii auſpiciis. Id cogni-
tum Cnejus tulit ægerrimè: &
poſtquam Quintus in caſtra per-
venit, quum poſtridie quid-
dam pro poteſtate apud milites
ageret, ceſſit ei tanquam priva-
tus: ſed paulo pòſt ille cinctus
corona quaſi ad audiendum
confluentium, occiſus eſt: ce-
teris verò diffugientibus Cneius
ſupervenit indignabundus, ac
ſi contra jus fáſque necato con-
ſule: nihilominus poſt indigna-
tionem ad imperium priſtinum
rediit. In urbe autem nuntia-
ta cæde conſulis, Sylla ſibimet
timens, ſemper ſtipatus ami-
cis incedebat, ne noctu quidem
eos dimittens: nec diu moratus
Capuam ad exercitum; & in-
389 de in Aſiam profectus eſt. Ami-
ci autem exulum, Cinna freti,
qui Syllæ ſucceſſerat, novis ci-
vibus oſtentabant Marii propoſi-
tum, de admiſcendis eis ad tri-
bus veteres, ne dum in ſuffra-
gando poſtremi ſunt, nihil poſ-
ſint in republica. Id fuit princi-
pium revocandi Marium cete-
róſque exules. Nam, dum ve-
teres cives reſiſtunt totis viribus,
Cinna novis favebat, trecentis
talentis, ut tum ſuſpicio fuit,
corruptus, pro veteribus verò
ſtabat alter coſ. Octavius. Sed
Cinnani præoccupato foro cum ſicis veſte tectis, clamore flagita-

Conſilium de revocandis exulibus. Octavius.

σωτηρίας αὐτοῦ φύλαξ. Κόϊντον δὲ
Πομπήϊον τὸν ἕτερον ὕπατον, ὁ δῆ-
μος οἰκτείρων τοῦ δέους, ἐψηφί-
σαντο ἄρχειν Ἰταλίας, καὶ ἑτέρου
περὶ αὐτὴν στρατοῦ τότε ὄντος ὑ-
πὸ Γναίῳ Πομπηΐῳ. τοῦθ' ὁ Γναῖος
πυθόμενός τε καὶ δυσχεράνας, ἥ-
κοντα μὲν τὸν Κόϊντον ἐς τὸ στρατό-
πεδον ἐσεδέξατο, καὶ τῆς ἐπιούσης τι
χρηματίζοντος, ὑπεχώρησε μι-
κρὸν, οἷα ἰδιώτης· μέχρι τὸν ὕπα-
τον πολλοὶ καθ' ὑπόκρισιν ἀκροά-
σεως περιστάντες ἔκτειναν, καὶ φυ-
γῆς τῶν λοιπῶν γινομένης, ὁ Γναῖος
αὐτοῖς ἀπήντα, χαλεπαίνων ὡς ὑ-
πάτου παρανόμως ἀνῃρημένου, δυσ-
χεράνας δ' ὅμως, εὐθὺς ἦρχεν αὐ-
τῶν. ἐξαγγελθέντος δ' εἰς τὴν πό-
λιν τοῦ Πομπηΐου φόνου, αὐτίκα μὲν
ὁ Σύλλας περιδεὴς ἐφ' ἑαυτῷ γινό-
μενος, τοὺς φίλους περιήγετο παν-
ταχοῦ, καὶ νυκτὸς ἀμφ' αὐτὸν εἶ-
χεν, οὐ πολὺ δ' ἐπιμείνας ἐς Κα-
πύην ἐπὶ τὸν στρατὸν, κἀκεῖθεν ἐπὶ
τὴν Ἀσίαν ἐξήλασεν. οἱ δὲ τῶν φυ-
γάδων φίλοι, Κίννᾳ τῷ μετὰ Σύλ-
λαν ὑπατεύοντι θαῤῥοῦντες, τοὺς
νεοπολίτας ἠρέθιζον ἐς τὸ ἐνθύμη-
μα τοῦ Μαρίου, ταῖς φυλαῖς ἀξιοῦν-
τες ἀναμιχθῆναι, ἵνα μὴ τελευ-
ταῖοι ψηφιζόμενοι πάντων ὦσιν ἄ-
κυροι. τοῦτο δὴ προοίμιον τῆς αὐτοῦ
τε Μαρίου καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν ἄνδρα κα-
θόδου· ἀνθισταμένων δὲ τῶν ἀρχαίων
κατὰ κράτος, Κίννας μὲν τοῖς νεοπο-
λίταις συνέπραττε νομιζόμενος ἐπὶ
τῷδε τριακόσια δωροδοκῆσαι τάλαν-
τα, τοῖς δ' ἀρχαίοις ὁ ἕτερος ὕ-
πατος Ὀκταούϊος. καὶ οἱ μὲν ἀμ-
φὶ τὸν Κίνναν προλαβόντες τὴν ἀγο-
ρὰν μετὰ κεκρυμμένων ξιφιδίων, ἐ-

ιόων ἐς τὰς φυλὰς πάσας ἀναμι-
γνῦναι· τὸ δὲ καθαρώτερον πλῆθος
ς τὸν Ὀκταούϊον ἐχώρει, καὶ οἵδε μετὰ
ιφιδίων· ἔτι δ' αὐτοῦ κατὰ τὴν οἰ-
ίαν τὸ μέλλον περιορωμένου, ἐξαγ-
έλλεται, τοὺς πλέονας δημάρχους
ωλύειν τὰ γιγνόμενα· θόρυβον δὲ τῶν
εοπολιτῶν εἶναι, καὶ ἀπογυμνῶσιν
δη τῶν ξιφιδίων περὶ ὁδὸν ἐς τοὺς
ἐνπλέξοντας δημάρχους, ἀναπη-
δώντων ἐπὶ τὰ ἔμβολα, ὧν Ὀ-
ταούϊος πυθόμενος, κατέδραμε διὰ
ς ἱερᾶς ὁδοῦ μετὰ πυκνοῦ πάνυ πλή-
ους, καὶ οἷα χειμάρρους ἐς τὴν ἀ-
γορὰν ἐμπεσὼν, ὤσατο μὲν διὰ μέ-
ων τῶν συνεστώτων, καὶ διέστησεν αὐ-
τούς· ὡς δὲ κατέπληξεν, ἐς τὸ τῶν
Διοσκούρων ἱερὸν παρῆλθε, τὸν Κίν-
αν ἀνατρεπόμενος· ὅσοι δ' αὐτοῦ
ῆσαν, χωρὶς ἐπαγγέλματος
μπεσόντες τοῖς νεοπολίταις, ἔκτει-
άν τε πολλοὺς, καὶ ἑτέρους φεύγον-
ας ἐπὶ τὰς πύλας ἐδίωκον.

Κίννας δὲ, θαρρήσας μὲν τῷ πλή-
θει τῶν νεοπολιτῶν, καὶ βιάσασθαι
προσδοκήσας, παρὰ δόξαν δ' ὁ-
ρῶν τὸ τόλμημα τῶν ὀλιγωτέρων ἐπι-
κρατοῦν, ἀνὰ τὴν πόλιν ἔθει, τοὺς
θεράποντας ἐπ' ἐλευθερίᾳ συγκα-
λῶν· οὐδενὸς δ' αὐτῷ προσιόντος,
ἐξέδραμεν ἐς τὰς ἀγχοῦ πόλεις τὰς οὐ
πρὸ πολλοῦ πολιτίδας Ῥωμαίων γε-
γενημένας, Τυρβητόν τε καὶ Πραινεστὸν,
καὶ ὅσαι μέχρι Νώλης, ἐρεθίζων
ἅπαντας ἐς ἀπόστασιν, καὶ χρήματα
ἐς τὸν πόλεμον συλλέγων. ταῦτα δ'
ἐργαζομένῳ τε καὶ ἐπινοοῦντι τῷ Κιν-
νᾳ προσέφυγον ἀπὸ τῆς βουλῆς οἱ τὰ
αὐτὰ ἐφρόνουν, Γάϊός τε Μιλώ-
νιος, καὶ Κόϊντος Σερτώριος, καὶ
Γάϊος Μάριος ἕτερος. ἡ μὲν δὴ
βουλὴ τὸν Κίνναν, ὡς ἐν κινδύνῳ τε τὴν πόλιν καταλιπόντα ὕπατον, καὶ δοῦ-

bant miſceri ſe tribubus omnibus, contrà ſincerior plebis pars & ipſa ſicis armata Octavio ſe adjunxit: cui domi expectanti quid is tumultus parturiat, nuntiatur majorem tribunorum pl. partem intercedere, & novos cives ſtricto ferro de roſtris eos deturbare. Quibus auditis Octavius per ſacram viam decurrit cum globo confertiſſimo, & torrentis more in forum irrumpens, protruſis obviis per medios vadens disjecit multitudinem, perterritíſque adverſariis petiit ædem Caſtorum, collegam reveritus. At comites ejus injuſſi in novos cives irruunt, cæsíſque multis uſque portas perſequuntur ceteros. Octavius.

Cinna, qui fretus novorum civium multitudine victoriam animo præſumpſerat, ubi præter opinionem vidit pauciores audacia vincere, per urbem diſcurrens, ſervos vocabat ad pileos. Sed nemine accurrente properavit ad oppida proxima, quibus paulo antè jus civium conceſſum fuerat, videlicet Tibur & Præneſte, & cetera Nolam uſque: quibus omnibus ad defectionem ſolicitatis in futuri belli uſum colligebat pecunias. Hæc partim molienti, partim cogitanti, præſtò fuere ſenatores ejuſdem factionis, C. Milonius, Q. Sertorius, & alter C. Marius. Senatus verò Cinnam, quòd in periculo deſeruiſſet remp. & ſervos vo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

390 caſſet ad pileum, nec civem eſſe judicavit, nec conſulem, ſubrogavítque in locum ejus L. Merulam, qui tum flamen dialis erat. Huic ſacerdoti uni omnium jus eſt perpetuò geſtandi apicis, quo tantùm inter ſacra inſigniuntur ceteri. At Cinna Capuam profectus, ubi erat alius populi Romani exercitus, magiſtratus, tribunos & ſenatores quotquot aderant, conciliabat ſibi progreſſúſque in concionem privato cultu ſine faſcibus, lacrymabundus ſic fatus eſt, A vobis cives hunc honorem accepi: quod enim populus dedit ſuo ſuffragio, hoc ſenatus mihi abſque veſtro conſenſu ademit: eam tamen injuriam non tam mea quàm veſtra vice doleo. Quid enim poſthac opus eſt nobis ambire favorem tribuum? quid nobis prodeſſe poteritis? quid momenti erit in veſtris concionibus? quid in comitiis? quid in ſuffragiis? ſi irrita ſunt quæ datis, & tam facilè de ſententia deceditis? His dictis, ad irritandam concionem, multáque de miſeriis ſuis queſtus, poſtremò veſte ſciſſa de loco ſuperiore deſiliit, humíque proſtratus diu in medio jacuit, donec hominem miſerati ſublatum in ſellam repoſuerunt, redditíſque faſcibus, ut conſulem, bono animo eſſe juſſerunt, & ut ſe quocunque res poſtularet, duceret. Qua occaſione arrepta tribuni ſacramentum Cinnæ dixerunt unà cum ſuis quiſque militibus. Ille in hunc modum con-

L. Merula in locum Cinnæ ſubrogatus.

Cinnæ oratio Capuæ habita.

λοις ἐλευθερίαν κηρύξαντα, ἐψηφίσατο μήτε ὕπατον μήτε πολίτην ἔτι εἶναι· καὶ Λούκιον Μερόλαν ἐχειροτόνησαν ἀντ' αὐτοῦ, τὸν ἱερέα τοῦ Διός· λέγεται δ' οὗτος ὁ ἱερεὺς Φλαμενότας, καὶ πιλοφορεῖ μόνος ἀεί, τῶν ἄλλων ἱερέων ἐν μόναις πιλοφορούντων ταῖς ἱερουργίαις. Κίννας δ' ἐς Καπύην τραπόμενος, ἔνθα Ῥωμαίων στρατὸς ἄλλος ἦν, τούς τε ἄρχοντας αὐτοῦ, καὶ ὅσοι ἀπὸ τῆς βουλῆς ἐπεδήμουν, ἐθεράπευε, καὶ παρελθὼν ὡς ὕπατος ἐς μέσους, τάς τε ῥάβδους καθεῖλεν, οἷα ἰδιώτης, καὶ δακρύσας, ἔφη, „Παρὰ μὲν ὑμῶν, ὦ πολῖται, τὴν ἀρχὴν τήνδε ἔλαβον· ὁ γὰρ δῆμος ἐχειροτόνησεν, ἡ βουλὴ δ' ἀφείλετό με χωρὶς ὑμῶν· καὶ τάδε παθών, ἐν οἰκείοις κακοῖς ὑπὲρ ὑμῶν ὅμως ἀγανακτῶ. τί γὰρ ἔτι τὰς φυλὰς ἐν ταῖς χειροτονίαις θεραπεύομεν; τί δὲ ὑμῶν δεόμεθα; ποῦ δὲ ἔσεσθε τῶν ἐκκλησιῶν ἢ χειροτονιῶν ἢ τῶν ὑπατειῶν ἔτι κύριοι, εἰ μὴ βεβαιώσετε μὲν ἃ δίδοτε, ἀφαιρεθήσεσθε δ' ὅταν αὐτοὶ δοκιμάσητε; Ταῦτα εἰπὼν ἐς ἐρέθισμα, καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ κατοικτισάμενος, τήν τε ἐσθῆτα κατέρρηξε, καὶ ἀπὸ τοῦ βήματος καταθορών, ἔρριψεν αὐτὸν ἐς μέσους, καὶ ἔκειτο ἐπὶ πλεῖστον· ἕως ἐπικλασθέντες ἀνέστησάν τε αὐτόν, καὶ καθίσαντες αὖθις ἐπὶ τοῦ θρόνου, τάς τε ῥάβδους ἀνέσχον, καὶ θαῤῥεῖν οἷα ὕπατον ἐκέλευον, καὶ σφᾶς ἄγειν ἐφ' ὅ,τι χρήζοι. τῆς δ' ἀφορμῆς εὐθὺς οἱ ἄρχοντες ἐπέβαινον, καὶ ὤμνυον τῷ Κίννᾳ τὸν ὅρκον τὸν στρατιωτικόν, καὶ τοὺς ὑφ' αὐτὸν ἕκαστος ἐξώρκου. ὁ δ' ἐπεὶ εἰ ταῦτ'

εἶχεν

εἶχεν ἀσφαλῶς, ἐπὶ τὰς συμμαχίδας πόλεις διέθει, καὶ ἠρέθιζε κἀκείνους ὡς διὰ τούσδε μάλιστα τὴν συμφορὰν αὐτῷ γενομένην. οἱ δὲ χρήματά τε αὐτῷ συνετέλουν, καὶ πολλοὶ καὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ δυνατῶν ἕτεροι πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο, οἷς ἀπήρεσκεν ἡ τῆς πολιτείας εὐστάθεια· καὶ Κίννας μὲν ἀμφὶ ταῦτ' ἐγίγνετο. Ὀκτάουϊος δὲ καὶ Μερόλας οἱ ὕπατοι τότε μὲν ἄστυ τάφροις καὶ τειχῶν ἐπισκευαῖς ὠχύρουν, καὶ μηχανήματα ἐφίστανον, ἐπὶ δὲ στρατιὰν ἔς τε τὰς ἑτέρας πόλεις τὰς ἔτι σφῶν κατηκόους, καὶ ἐς τὴν ἀγχοῦ Γαλατίαν περιέπεμπον· Γναῖόν τε Πομπήϊον, ἀνθύπατον ὄντα, καὶ στρατευμάτων περὶ τὸν Ἰόνιον ἡγούμενον, ἐκάλουν κατὰ σπουδὴν ἐπικουρεῖν τῇ πατρίδι. ὁ δ' ἦλθε, καὶ περὶ ταῖς Κολλίναις πύλαις ἐστρατοπέδευσε· καὶ ὁ Κίννας ἐπελθὼν αὐτῷ, παρεστρατοπέδευε.

Γάϊος δὲ Μάριος τούτων πυθόμενος, ἐς Τυρρηνίαν κατέπλευσεν ἅμα τοῖς συνεξελαθεῖσι καὶ θεράπουσιν αὐτῶν ἐπελθοῦσιν ἀπὸ Ῥώμης, ἐς πεντακοσίους μάλιστά που γεγονόσι. ῥυπῶν δ' ἔτι καὶ κόμης ἔμπλεως ἐπῄει τὰς πόλεις, οἰκτρὸς ὀφθῆναι· μάχας τε καὶ τρόπαια αὐτοῦ Κιμβρικὰ καὶ ἐξ ὑπατείας ὑπερεπαίρων, καὶ περὶ τῆς χειροτονίας σφόδρα αὐτοῖς ἐπιθυμοῦσιν ἐπαγγελλόμενός τε καὶ πιστὸς εἶναι δοκῶν, συνήγαγε Τυρρηνῶν ἑξακισχιλίους, καὶ ἐς Κίνναν διῆλθεν, ἀσμένως αὐτὸν ἐπὶ κοινωνίᾳ τῶν παρόντων δεχόμενον· ὡς δὲ ἀνεμίχθησαν, ἐστρατοπέδευον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Τιβέριος, ἐς τρία διαιρεθέντες, Κίννας μὲν καὶ Κάρβων σὺν αὐτῷ, τῆς πόλεως ἀντικρὺ, Σερτώριος δὲ ὑ-

firmatus, ſociales urbes obibat concitans, eo quòd præſentis calamitatis ſibi cauſa fuiſſent: itáque conferebant ei pecunias, Romanorum etiam optimatibus aliis denuò ſe adjungentibus, quibus diſplicebat ſtatus tranquillus reipublicæ. Interea dum Cinna in hoc apparatu totus eſt, Octavius & Merula, coſſ. urbem muniunt, diſpoſitis per muros machinis, delectus tum apud alios ſocios in fide perſtantes, tum apud Gallos faciunt, Cn. Pompeium proconſulem, exercitum ad mare ſuperum habentem, properè in 391
auxilium patriæ revocant. qui properato itinere ad portam Collinam caſtra poſuit: ac mox Cinna quoque affuit, & tetendit in proximo.

Octavius & Merula coſſ. urbem contra Cinnam muniunt.

His rebus cognitis C. Marius in Hetruriam appulit cum exilii ſociis: eis ab urbe familiares occurrerunt ad D. fermè numerum. Ipſe ſordidatus adhuc & promiſſo capillo civitates obibat, viſu miſerabilis, prælia ſua victoriáſque Cimbricas memorans: & quod libentiſſimè audiebant, fidelem operam ad perferendam legem pollicitans: atque ita contractis ſex Hetruſcorum millibus, ad Cinnam tranſiit, lætum tali rerum gerendarum ſocio. His copiis adjunctis terna caſtra metati ſunt ad Tiberim, Cinna & Carbo ex adverſo urbis, ſupra eam Sertorius, verſus Urbem

C. Marius ab exilio redit.

Cinna, Carbo & C. Marius caſtrametantur ad Urbem.

verſus mare Marius: pontes quoque fluvio impoſiti, ut commeatus interciperent. Marius præterea Hoſtiam vi captam diripuit, Cinna occupavit Ariminum, miſſa eò parte militum, nequid auxiliorum obſeſſis ſubmitteretur è Gallia provincia. Tum coſſ. metu anxii, quòd opus haberent alio exercitu, & Syllam revocare non poſſent, qui jam in Aſiam trajecerat, Cæcilio Metello, reliquias ſocialis belli contra Samnites adminiſtranti, ſignificant, ut quibuſcunque honeſtis conditionibus re compoſita quamprimum ſuccurreret obſeſſæ patriæ. Sed dum ille cunctatur poſtulata Samnitum admittere, Marius poſtquam id ſenſit, quicquid petebant, eis eſt pollicitus: atque ita Marianis acceſſerunt partibus. In urbe verò Appius Claudius tribunus, Janiculi cuſtos, ut beneficii quondam accepti Mario referret gratiam, recepit eum aperta porta diluculo, ſimúlque Cinna irrupit. Verùm hi continuò repulſi ſunt. Octavio Pompeióque ſuccurrentibus. Crebris deinde fulminibus caſtra
392 Pompeii de cælo tacta, & inter ceteros nobiles proconſul ipſe fulmine ictus periit.

Hoſtia.

Ariminum.

Appius Claudius accepti beneficii Mario refert gratiam.

Marius poſtquam ſatis cavit ne quid commeatus vel à mari vel ſecundo flumine in Urbem importaretur, vicina oppida aggreſſus, ubi erant populi Romani granaria, ſubitanea vi ce-

πὲρ τὴν πόλιν ἄνω, καὶ Μάριος πρὸς τῇ θαλάσσῃ· ζευγνύντες οἵδε τὸν ποταμὸν καὶ γεφυροῦντες, ἵνα τὴν πόλιν ἀφέλοιντο τὴν σιταγωγίαν. Μάριος δὲ καὶ Ὤστια εἷλε καὶ διήρπαζε, καὶ Κίνναν ἐπιπέμψας, Ἀρίμινον κατέλαβε, τοῦ μή τινα στρατιὰν τὴν πόλιν ἐπελθεῖν ἐκ τῆς ὑπηκόου Γαλατίας. οἱ δὲ ὕπατοι, δεδιότες, καὶ στρατιᾶς ἄλλης δεόμενοι, Σύλλαν μὲν οὐκ εἶχον καλεῖν, ἐς τὴν Ἀσίαν ἤδη πεπερακότα· Καικίλιον δὲ Μέτελλον, τὰ λείψανα τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου πρὸς Σαμνίτας διατιθέμενον, ἐκέλευον ὅπῃ δύναιτο εὐπρεπῶς διαλυσάμενον ἐπικουρεῖν τῇ πατρίδι πολιορκουμένῃ. οὐ συμβαίνοντος δὲ Σαμνίταις ἐς ἃ ᾔτουν τοῦ Μετέλλου, ὁ Μάριος αἰσθόμενος, συνέθετο τοῖς Σαμνίταις ἐπὶ πᾶσιν οἷς ᾔτουν παρὰ τοῦ Μετέλλου· ὧδε μὲν δὴ καὶ Σαμνῖται Μαρίῳ συνεμάχουν. Κλαύδιον δὲ Ἄππιον χιλίαρχον, τειχοφυλακοῦντα τῆς Ῥώμης τὸν λόφον τὸν καλούμενον Ἰάνουκλον, οὗ ποτὲ πυθόντα ὑφ' ἑαυτοῦ τῆς εὐεργεσίας ἀναμνήσας ὁ Μάριος, ἐς τὴν πόλιν ἐσῆλθεν, ὑπανοιχθείσης αὐτῷ πύλης περὶ ἕω, καὶ τὸν Κίνναν ἐσεδέξατο. ἀλλ' οὗτοι μὲν αὐτίκα ἐξεώσθησαν, Ὀκταουΐου καὶ Πομπηΐου σφίσιν ἐπιδραμόντων. κεραυνῶν δὲ πολλῶν ἐς τὸ τοῦ Πομπηΐου στρατόπεδον καταρραγέντων, ἄλλοι τε τῶν ἐπιφανῶν καὶ ὁ Πομπήϊος ἀπώλετο.

Μάριος δ' ἐπεὶ τῆς ἀγορᾶς τῆς ἔκ τε θαλάσσης καὶ ἄνωθεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ φερομένης κατέχεν, ἐπὶ τὰς ἀγχοῦ τῆς Ῥώμης πολεις διετρόχαζεν, ἔνθα σῖτος ἦν τοῖς Ῥωμαίοις προσεσωρευμένος· ἄφνω δὲ τοῖς φρου-

ῦσιν αὐτὸν ἐπιπίπτων, εἷλε μὲν ντιον καὶ Ἀρικίαν καὶ Λανούβιον, καὶ λλας πόλεις, ἔστιν ἃς καὶ προδιδόντων τινῶν. ὡς δὲ καὶ τῆς κατὰ γῆν κράτησεν ἀγορᾶς, εὐθαρσῶς ἐβάζεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην αὐτίκα διὰ ῆς ὁδοῦ τῆς καλουμένης Ἀππίας, ρὶν τινὰ αὐτοῖς ἀγορὰν ἄλλην ἑρωθεν ἀχθῆναι. τοῦ δ' ἄστεος ἑκατὸν σταδίους αὐτός τε καὶ Κίννας καὶ στρατηγοῦντες αὐτοῖς Κάρβων τε Σερτώριος ἀποσχόντες, ἐστρατοπέδευσαν, Ὀκταουΐου καὶ Κράσσου Μετέλλου περὶ τὸ ὄρος τὸ Ἀλβαν αὐτοῖς ἀντικαθημένων, καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι περιβλεπομένων· ἀρεῇ μὲν ἔτι καὶ πλήθει νομιζομένων εἶαι κρειττόνων, ὀκνούντων δ' ὑπὲρ λης ὀξέως κινδυνεῦσαι τῆς πατρίδος διὰ μάχης μιᾶς. ὡς δὲ περιπέμας ὁ Κίννας περὶ τὸ ἄστυ κήρυκας, ἐδίδου τοῖς ἐς αὐτὸν αὐτομολοῦσι θεράπουσιν ἐλευθερίαν, καὶ τὸ πλῆθος ηὐτομόλουν αὐτίκα, καὶ ἡ ουλὴ ταραττομένη, καὶ πολλὰ καὶ εινὰ, εἰ βραδύνειεν ἡ σιτοδεία, παρὰ τοῦ δήμου προσδοκῶσα, μετπιπτε τῇ γνώμῃ, καὶ πρέσβεις ὑπὲρ διαλύσεων ἐς τὸν Κίνναν ἔπεμπον. ὁ δὲ αὐτοὺς πρότερον ἤρετο εἰ ὡς πρὸς ὕπατον ἔλθοιεν, ἢ πρὸς διώτην. ἀπορησάντων δ' ἐκείνων, καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἐπανελθόντων, πολλοὶ καὶ τῶν ἐλευθέρων ἤδη μετὰ πλῆθος πρὸς τὸν Κίνναν ἐξεπήδων, οἱ μὲν, περὶ τοῦ λιμοῦ δεδιότες, οἱ δὲ, πρὸ πολλοῦ τὰ ἐκείνων αἱρούμενοι, καὶ τὴν ῥοπὴν τῶν γιγνομένων περιμένοντες. Κίννας δ' ἤδη καταφρονητικῶς τῶν τειχῶν ἐπλησίαζε, καὶ ἀποσχὼν ὅσον βέλους ὁρμὴν, ἐστρατοπέδευεν, ἀπορούντων ἔτι καὶ δεδιότων καὶ ὀκνούντων ἐπιχειρεῖν

pit Antium, Ariciam, Lanuvium, & quædam alia, nonnullis per proditionem potitus. Ita terra quoque interſeptis ſubvectionibus, auſus urbem per viam Appiam petere, priuſquam aliunde commeatus expediretur, ad duodecimum lapidem unà cum Cinna Carbonéque & Sertorio caſtra poſuit. Octavius verò & Craſſus & Metellus ad montem Albanum eis ſe oppoſuere, in futurum providentes, licet ſuperiores tam virtute militum quàm numero, tamen uni prælio non committendam arbitrantes ſalutem patriæ. Ubi verò Cinna miſſis circum urbem caduceatoribus ſervos oſtentata libertate mutavit ad transfugium, agminatim ad eum transitum eſt. Quare ſenatus territus, & timens ne per longiorem annonæ inopiam plebs exaſperaretur, mutata ſententia legatos de pace ad Cinnam miſit: ille ante omnia rogavit, ad conſuleinne an privatum venirent. Qui, quòd reſponſum expedire nequirent, revertunt: móxque ingenuorum quoque multitudo prorumpit ad Cinnam, pars metu famis, pars optatam occaſionem nacti: quippe à factione non alieni. Qui jam contemptim admovet exercitum ad mœnia, & ad teli jactum caſtra communit, Octavianis animo fluctuantibus, nec tentantibus quicquam, quòd & crebra transfugia fierent, &

Senatus legatos ad Cinnam mittit.

legationes commearent ultro
citróque. Itaque ſenatus inops
conſilii, quòd rem indignam
duceret L. Merulam, flaminem
dialem, in locum Cinnæ ſuffe-
ctum conſulem, magiſtratu a-
movere immeritum: invitus ta-
393 men rurſum legatos mittit de
pacis conditionibus jam, ut ad
conſulem, nulla reliqua ſpe, u-
num tantùm deprecans, ut jure-
jurando caveret temperaturum
ſe cædibus, In eam conditio-
nem ille jurare dedignatus, pol-
licitus eſt tamen ſe volentem
ſcientem nemini necis cauſam
fore. Octavium jam per diver-
ſam portam in urbem reverſum
juſſit diſcedere: nequid ei ſe in-
vito accideret. Sic ille ex ſupe-
riore loco legatis reſpondit pro
poteſtate conſulis. Marius verò
aſtans ſellæ proximus ſilebat qui-
dem, ſed auſteritate vultus ſa-
tis præ ſe ferens quantas cædes
eſſet daturus. His conditionibus
quum ſenatus revocaret Cinnam
& Marium: ſenſerat enim hunc
autorem earum eſſe, illum ve-
rò ſubſcriptorem: Marius irri-
dens, reſpondit, non patere
exulibus reditum: móxque tri-
buni plebis ei ceteríſque Sylla
conſule pulſis abrogarunt exi-
lium. Sic illis publica conſterna-
tione receptis, omnium, qui
ad factionem adverſam pertine-
re viſi ſunt, bona diripiebantur
vetante nemine. Octavio Cin-
na Mariúſque jurejurando cave-
rant, aruſpices etiam & arioli
ſolicitudinem exemerant, ſoli

αὐτῷ τῶν ἀμφὶ τὸν Ὀκταούϊον, διὰ τὰς αὐτομολίας τε καὶ περιπρεσβεύσεις. ⌊ἡ δὲ βουλὴ πάνυ μὲν ἀπορούσα, καὶ δεινὸν ἡγουμένη, Λεύκιον Μερόλαν, τὸν ἱερέα τοῦ Διὸς, ὑπατεύοντα ἀντὶ τοῦ Κίννα καὶ οὐδὲν ἐς τὴν ἀρχὴν ἁμαρτόντα ἀφελέσθαι, ἄκουσα δ᾽ ὅμως ἐπὶ τῶν συμφορῶν αὖθις ἐς τὸν Κίνναν τοὺς πρέσβεις ἔπεμπεν, ὡς πρὸς ὕπατον. οὐδέν τε χρηστὸν ἔτι προσδοκῶντες, τοῦτο μόνον ἠτοῦν ἐπομόσαι σφίσι τὸν Κίνναν, φόνον οὐκ ἐργάσασθαι· ὁ δὲ ὀμόσαι μὲν οὐκ ἠξίωσεν, ὑπέσχετο δὲ καὶ ὧδε, ἑκὼν οὐδενὶ σφαγῆς αἴτιος ἔσεσθαι. Ὀκταούϊον δ᾽ ἤδη περιοδεύσαντα, καὶ κατ᾽ ἄλλας πύλας ἐς τὴν πόλιν ἐσελθόντα ἐκέλευεν ἐκστῆναι τοῦ μέσου, μή τι καὶ ἄκοντος αὐτοῦ πάθοι· ὁ μὲν δὴ ταῦτ᾽ ἐπὶ βήματος ὑψηλοῦ, καθάπερ ὕπατος, τοῖς πρέσβεσιν ἄνωθεν ἀπεκρίνατο· Μάριος δ᾽ αὐτῷ παρεστὼς παρὰ τὸν θρόνον, ἡσύχαζε μὲν, ἐδήλου δὲ τῇ δριμύτητι τοῦ προσώπου πόσον ἐργάσεται φόνον. δεξαμένης δὲ ταῦτα τῆς βουλῆς, καὶ καλούσης ἐσελθεῖν Κίνναν τε καὶ Μάριον (ᾔσθοντο γὰρ δὴ Μαρίου μὲν εἶναι τὰ ἔργα τάδε πάντα, Κίνναν δ᾽ αὐτοῖς ἐπιγράφεσθαι) σὺν εἰρωνείᾳ σφόδρα ὁ Μάριος ἐπιμειδιῶν εἶπεν οὐκ εἶναι φυγάσιν εἰσόδους. καὶ εὐθὺς οἱ δήμαρχοι τὴν φυγὴν αὐτῷ τε καὶ ὅσοι ἄλλοι κατὰ Σύλλαν ὕπατον ἐξελήλαντο, ἐψηφίσαντο λελύσθαι. οἱ μὲν δὴ, δεχομένων αὐτοὺς σὺν δέει πάντων, ἐσῄεσαν ἐς τὴν πόλιν, καὶ τὰ τῶν ἀντιπρᾶξαι σφίσι δοκούντων ἀκωλύτως πάντα διηρπάζετο. ⌊Ὀκταουΐῳ δὲ Κίννας μὲν καὶ Μάριος ὅρκους ἐπεπόμφεσαν, καὶ θύται καὶ μάντεις οὐδὲν πείσεσθαι προὔλεγον·

λέγων· οἱ δὲ φίλοι φυγεῖν παρῄνουν. ὁ δ' εἰπὼν οὔποτε προλείψειν τὴν πόλιν ὕπατος ὢν, ἐς τὸ Ἰάνικλον, ἐκστὰς τοῦ μέσου, διῆλθε μετὰ τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ τινὸς ἔτι καὶ στρατοῦ, ἐπί τε τοῦ θρόνου προυκάθητο, τὴν τῆς ἀρχῆς ἐσθῆτα ἐπικείμενος, ῥάβδων καὶ πελέκεων, ὡς ὑπάτῳ, περικειμένων. ἐπιθέοντος δ' αὐτῷ μετά τινων ἱππέων Κηνσωρίνου, καὶ πάλιν τῶν φίλων αὐτὸν καὶ τῆς παρεστώσης στρατιᾶς φυγεῖν παρακαλούντων, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ προσαγόντων, οὐκ ἀνασχόμενος οὐδὲ ὑπαναστῆναι, τὴν σφαγὴν περιέμενεν. ὁ δὲ Κηνσωρῖνος, αὐτῷ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, ἐκόμισεν ἐς Κίνναν, καὶ ἐκρεμάσθη περὶ τῶν ἐμβόλων ἐν ἀγορᾷ, πρώτου τοῦδε ὑπάτου· μετὰ δ' αὐτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἀναιρουμένων ἐκρήμαντο αἱ κεφαλαί. καὶ οὐ διέλιπεν ἔτι καὶ τόδε τὸ μῖσος, ἀρξάμενόν τε ἀπὸ Ὀκταουΐου καὶ ἐς τοὺς ἔπειτα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀναιρουμένους περιιόν. ζητηταὶ δ' ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτίκα ἐξέθεον, τούς τε ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων λόγος οὐδεὶς ἔτι μετὰ τὴν ἀναίρεσιν ἐγίγνετο. αἱ δὲ τῶν βουλευτῶν κεφαλαὶ πᾶσαι προυτίθεντο πρὸ τῶν ἐμβόλων· αἰδώς τε θεῶν ἢ νέμεσις ἀνδρῶν, ἢ φθόνου φόβος οὐδεὶς ἔτι τοῖς γιγνομένοις ἐπῆν, ἀλλὰ ἐς ἔργα ἀνήμερα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἐς ὄψεις ἐτρέποντο ἀθεμίστους, κτείνοντές τε νηλεῶς, καὶ περιτέμνοντες αὐχένας ἀνδρῶν ἤδη τεθνεώτων· καὶ προτιθέντες τὰς συμφορὰς ἐς φόβον ἢ κατάπληξιν, ἢ θέαν ἀθέμιστον· Γάϊος μὲν δὴ Ἰούλιος καὶ Λούκιος Ἰούλιος, καὶ Ἀτίλιος Ἐῤῥάνος, δύο ἀλλήλοιν ἀδελφὼ, καὶ Πόπλιος Λέντλος, καὶ Γάϊος Νεμετόριος, καὶ Μάρκος Βέβιος, ἐν ὁδῷ καταληφθέντες, ἀνῃρέθησαν.

amici fugam ſuadebant. At ille negans ſe commiſſurum ut patria deſeratur à ſe conſule, ſeceſſit in Janiculum cum nobiliſſimo quoque partéque exercitus, in ſella curuli ſublimis, & conſulari habitu, ſtipatus faſcibus ac ſecuribus. Quem quum Cenſorinus perſequeretur cum equitibus aliquot, ac rurſum à ſuis equus offerretur ad fugam, ne ſurgere quidem dignatus, necem expectavit. Cenſorinus caput ejus ad Cinnam retulit, quod tunc primum conſulis caput pro roſtris fuit poſitum. Eodem loco & aliorum pòſt cæſorum ſpectaculo fuêre capita: duravítque tam dirus mos & ad poſteros in inteſtinis factionum infenſarum cædibus. Ceterùm in ea
victoria gravis fuit inimicorum 394
perſecutio, neminem ab iratorum ſævitia defendente ſua dignitate, non ſenatorem, non equitem: ſed quotquot ſenatores trucidarentur, capita eorum pro roſtris ponebantur omnium. Jámque nullo reſpectu vel deorum vel hominum poſt ſæva facinora vertebantur ad fœdiora ſpectacula, truncando cervices defunctorum, & calamitates oſtentando, ſive ad terrorem, ſive ad voluptatem nefariam ſpectatricis multitudinis. In his C. & L. Julii, Luciíque germanus Atilius Serranus, P. Lentulus, C. Numitorius, M. Bebius, in via reperti cæſi ſunt, Craſſus in

Octavii interitus.

Primum conſulis caput pro roſtris poſitum.

Marii & aliorum facinora.

Nobilium aliquot cædes.

Craſſi filii interitus.

fuga filium interemit ne veniret in poteſtatem perſequentium, quos ipſe non valuit effugere. M. Antonium oratorem in villam quandam elapſum villicus benignè ſuſcepit ac texit: dúmque in hoſpitis gratiam ſervus in cauponam vinum petit ſolito ſæpius, percontanti cauponi cauſam inſuſurravit: qui dato vino rem Mario ſignificavit properè. Ille hoc audito præ lætitia procurrit ipſe patraturus facinus: ſed ab amicis retentus tribunum eò miſit cum militibus. Hos Antonius, ſuavis facundiæ, mulcebat longa oratione, miſerationem movens modis variis, donec tribunus miratus ipſe curſu conſcendit cubiculum, & inter orandum confoſſo præciſum caput remiſit ad Marium.

Antonii oratoris.

Cornutus verò in tugurio latitans, ſervorum aſtu ſervatus eſt: nacti enim cadaver quoddam injecerunt in rogum: ei, dum inquiſitores adventant, ſuppoſito igne, ajebant ſe herum cremare præfocatum laqueo. Sic ille ſervorum fide manſit incolumis.

Cornutus ſervorum fide incolumis.

At Q. Ancharus Marium in Capitolio ſacrificaturum obſervabat, ſperans fore ut religione loci adjutus reciperetur in gratiam: quem ille accedentem ſe ac ſalutantem conſpicatus, mox in ipſo fano jugulari à ſuis imperat. caput hujus quoque, ut oratoris Antonii ceterorumque tam

Q. Anchari interitus.

395

Κράσσος δὲ μετὰ τοῦ παιδὸς διωκόμενος, τὸν μὲν υἱὸν ἔφθασε προανελεῖν, αὐτὸς δ' ὑπὸ τῶν διωκόντων ἐπανῃρέθη. τὸν δὲ ῥήτορα Μάρκον Ἀντώνιον ἐς τι χωρίον ἐκφυγόντα ὁ γεωργὸς ἐπικρύπτων καὶ ξενίζων, ἐς πανδοχεῖον ἔπεμψε τὸν θεράποντα σπουδαιότερον τοῦ συνήθους, οἶνον πριάσασθαι· καὶ τοῦ καπήλου τί δὴ σπουδαιότερον αἰτοίη πυθομένου, ὁ μὲν θεράπων ἐψιθύρισε τὴν αἰτίαν, καὶ πριάμενος ἐπανῆλθεν· ὁ δὲ κάπηλος αὐτίκα ἔθει Μαρίῳ τοῦτο δηλώσων. καὶ ὁ Μάριος, ἐπεί τε ἤκουσεν, ὑφ' ἡδονῆς ἀνέδραμεν ὡς αὐτὸς ὁρμήσων ἐπὶ τὸ ἔργον· ἐπισχόντων δ' αὐτὸν τῶν φίλων, χιλίαρχος ἀποσταλεὶς στρατιώτας ἐς τὸ οἴκημα ἀνέπεμψεν· οὓς ὁ Ἀντώνιος, ἡδὺς ὢν εἰπεῖν, κατεκήλει λόγοις μακροῖς, οἰκτιζόμενός τε καὶ πολλὰ καὶ ποικίλα διεξιών· ἕως ὁ χιλίαρχος ἀπορῶν ἐπὶ τῷ γιγνομένῳ, αὐτὸς ἀνέδραμεν εἰς τὸ οἴκημα, καὶ τοὺς στρατιώτας εὑρὼν ἀκροωμένους, ἔκτεινε τὸν Ἀντώνιον ῥητορεύοντα ἔτι, καὶ τὴν κεφαλὴν ἔπεμψε τῷ Μαρίῳ. Κορνοῦτον δὲ ἐν καλύβαις κρυπτόμενον οἱ θεράποντες εὐμηχάνως περιέσωσαν· νεκρῷ γὰρ περιτυχόντες σώματι, πυρὰν τε ἐνῆψαν· καὶ τῶν ζητητῶν ἐπιόντων, ἅψαντες τὴν πυρὰν, ἔφασαν τὸν δεσπότην καίειν ἀπαγξάμενον· ὁ μὲν δὴ πρὸς τῶν θεραπόντων περιεσέσωστο. Κόϊντος δὲ Ἀγχάριος Μάριον ἐν τῷ Καπιτωλίῳ μέλλοντα θύσειν, ἐφύλαττεν, ἐλπίζων οἱ τὸ ἱερὸν διαλλακτήριον ἔσεσθαι. ὁ δ' ἀρχόμενος τῆς θυσίας, προσιόντα τὸν Ἀγχάριον καὶ προσαγορεύοντα αὐτίκα ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς παρεστῶσι προσέταξεν ἀνελεῖν. καὶ ἡ κεφαλὴ καὶ τοῦδε καὶ Ἀντωνίου τοῦ ῥήτορος, καὶ τῶν ἄλλων ὑπάτων ἢ στρατηγῶν γεγονό-

γονότων, ἐν ἀγορᾷ προὐτέθησαν. ταφῆς τε οὐδενὶ ἐξῆν ἐπενεγκεῖν ἐς γένα τῶν ἀναιρουμένων, ἀλλ' οἰωνοὶ κύνες ἄνδρας τοιούσδε διεσπάσαν. πολὺς δὲ καὶ ἄλλος ἦν τῶν στασιωτῶν φόνος ἐς ἀλλήλους ἀνεύθυνος, ἐξελάσεις ἑτέρων, καὶ δημεύσεις περιουσίας, καὶ ἀρχῆς ἀφαιρέσεις, καὶ νατροπαὶ τῶν ἐπὶ Σύλλα τεθέντων μων, αὐτοῦ τε Σύλλα φίλοι πάντες ἀνῃροῦντο, καὶ ἡ οἰκία κατεσκάπτετο, καὶ ἡ περιουσία δεδήμευτο, καὶ πολέμιος ἐψηφίζετο. ὁ δὲ γυναῖκα καὶ ἡ παῖδες ζητούμενοι φυγον· ὅλως τε οὐδὲν ἀπῆν ἀτρόπων τε καὶ ποικίλων κακῶν. ἐπὶ δὲ τούτοις, ἐς ὑπόκρισιν ἀρχῆς ἐννόμου, μετὰ τοσούσδε φόνους ἀκρίτους, ὑπεβλήθησαν κατήγοροι τῷ τε ἱερεῖ τοῦ Διὸς Μερόλᾳ, κατ' ὀργὴν ἄρα τῆς ἀρχῆς, ἣν Κίνναν οὐδὲν ἀδικῶν διεδέδεκτο, καὶ Λουτατίῳ Κάτλῳ τῷ Μαρίου περὶ τὰ Κιμβρικὰ συνάρχῳ, περισωθέντι μὲν ἐκ Μαρίου πάλαι, ἀχαρίστῳ δ' ἐς αὐτὸν καὶ πικροτάτῳ περὶ τὴν ἐξέλασιν γενομένῳ. οὗτοι μὲν δή, φυλασσόμενοί τε ἀφανῶς, καὶ τῆς κυρίας ἡμέρας ἐπελθούσης, ἐς τὴν δίκην ἀνακαλούμενοι, (τετράκις δὲ ἔχρῆν κηρυττομένοις ἐν ὡρισμένοις ὡρῶν διαστήμασιν ἁλῶναι) Μερόλας μὲν τὰς φλέβας ἐνέτεμεν ἑαυτοῦ, καὶ πινάκιον αὐτῷ παρακείμενον ἐδήλου ὅτι κόπτων τὰς φλέβας τὸν πῖλον ἀποθοῖτο· οὐ γὰρ ἦν θεμιτὸν, ἱερέα περικείμενον τελευτᾶν. Κάτλος δ' ἐν οἰκήματι νεοχρίστῳ τε καὶ ἔτι ὑγρῷ καίων ἄνθρακας, ἑκὼν ἀπεπνίγη. καὶ οὗτοι μὲν οὕτως ἀπέθανον. θεράποντες δ' ὅσοι κατὰ τὸ κή-

prætorium quàm conſularium, pro roſtris fuit ſpectaculo, nec horum quemquam ſepelire licuit, canibus & alitibus lacerandi relicti ſunt: paſſim quoque ſeditioſi ſe impunè contrucidabant invicem. Alii pellebantur domo, alii bonis exuebantur, aut privabantur honoribus, leges Syllanæ abrogabantur, ipſius amici omnes necabantur. dirutáque domo & bonis publicatis ipſe hoſtis judicatus eſt, uxor quoque ac liberi quæſiti ad necem ægrè evaſerunt. nec ulla malorum ſpecies aberat. Tandem poſt tot indemnatorum cædes viſum eſt prætextu legitimi judicii Merulam flaminem dialem reum facere, ſubornatis accuſatoribus, inviſo quòd Cinnæ ſucceſſiſſet, quamvis nihil tale ambiens: ſimulque dies dicta eſt etiam Lutatio Catulo, qui Marii collega bello Cimbrico, & ab eo ſervatus, immemor beneficiorum, acerrimus exulis inſectator extiterat. Hi ad præſtitutam diem diſſimulanter cuſtoditi ſunt: quæ poſtquam venit, & citatis per præconem cauſa quater ex certo horarum intervallo dicenda erat, Merula quidem ſibimet ipſe venas ſecuit, ſcripta prius tabella teſtatus ſe id feciſſe depoſito apice: flaminem enim apicatum mori nefas habebatur. Catulus verò cubiculo ſuo recens calce illito necdum perſiccato, prunis ingeſtis volens ſuffocatus eſt. Is fuit tantorum virorum exitus. Ceterum ſervi qui per præconem invitati

Merula.

Lutatius Catulus.

Merulæ interitus.

Flaminem apicatum mori nefas habebatur.

Catuli interitus.

vitati ad Cinnam transfugerant, jam aſcripti ejus militiæ, domos irrumpendo egerebant prædas, ne à cædibus quidem obviorum abſtinentes: nec deerant qui propriis heris eſſent infeſtiſſimi: quos ille ſæpius cohibere conatus quum nihil proficeret, Gallo milite per nocturnam quietem cinctos ad unum delevit, atque ita de his merita perfidiæ pœna ſumpta eſt.

Perfidiæ pœna de ſervis ſumpta.

396 Cinna & Marius coſſ.

Sequens autem annus conſules habuit Cinnam iterum, & Marium ſeptimùm, cui poſt exilium atque proſcriptionem, tamen augurium ſeptem pullorum aquilinorum haud quaquam fuit irritum. Verùm is dum multa contra Syllam molitur, in mediis conatibus, primo initi magiſtratus menſe, vita defunctus eſt. cui ſuffectum Valerium Flaccum Cinna miſit in Aſiam: quo mortuo Carbonem ſibi collegam optavit.

Marii interitus.

Valerius Flaccus Marii ſucceſſor. Carbo. Sylla.

At Sylla reditum contra inimicos approperans, Mithridate debellato celeriter, ut antè dictum eſt, ac ne integro quidem triennio cæſis hoſtium centum ſexaginta millibus, receptis Græcia, Macedonia, Ionia, Aſia, ceteriſque gentibus quas Mithridates occuparat, ademptáque claſſe, rege compulſo intra regnum paternum, revertebatur cum optimè erga ſeſe animato exercitu, ad hæc labori aſſueto, & elato rebus geſtis proſperè. Habebat etiam naves multas & pecunias, & appa-

ῥυγμένοι πρὸς Κίνναν ἐκδραμόντες, ἐλεύθεροι γεγένηντο, καὶ αὐτοῦ Κίννα ὅτε ἐστρατεύοντο, ταῖς οἰκίαις ἐπέτρεχον καὶ διήρπαζον, ἀναιροῦντες ἅμα οἷς περιτύχοιεν· οἱ δὲ αὐτῶν καὶ τοῖς σφετέροις δεσπόταις μάλιστα ἐπεχείρουν. Κίννας δ' ἐπεὶ πολλάκις αὐτοῖς ἀπαγορεύων οὐκ ἔπειθε, Γαλατῶν στρατιὰν αὐτοῖς ἔτι νυκτὸς ἀναπαυομένοις περιστήσας, διέφθειρε πάντας· οἱ μὲν δὴ θεράποντες δίκην ἀξίαν ἔδωσαν τῆς ἐς δεσπότας πολλάκις ἀπιστίας.

ΤΟΥ δ' ἐπιόντος ἔτους, ὕπατοι μὲν ᾕρηντο Κίννας τε αὖθις καὶ Μάριος ἕβδομον, ᾧ μετὰ φυγὴν καὶ ἐπικήρυξιν εἴ τις ὡς πολέμιον ἀνέλοι, τὸ μάντευμα ὅμως ἀπήντα τῶν ἑπτὰ νεογνῶν ἀετῶν· ἀλλ' οὗτος μὲν πολλὰ καὶ δεινὰ ἐς Σύλλαν ἐπινοῶν, τοῦ πρώτου μηνὸς τῆς ἀρχῆς ἀπέθανε, καὶ Οὐαλέριον Φλάκκον ὁ Κίννας ἑλόμενος ἀντ' αὐτοῦ, εἰς τὴν Ἀσίαν ἐξέπεμψεν. ἀποθανόντος δὲ καὶ Φλάκκου, Κάρβωνα εἵλετο συνάρχειν ἑαυτῷ.

Σύλλας δ' ἐπείγει τὴν ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐπάνοδον, τὰ ἐς Μιθριδάτην πάντ' ἐπιταχύνας, ὡς μοι προείρηται, καὶ ἔτεσιν οὐδ' ὅλοις τρισὶν, ἑκκαίδεκα μὲν ἀνδρῶν μυριάδας κατακανὼν, τὴν δὲ Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν καὶ Ἰωνίαν καὶ Ἀσίαν, καὶ ἄλλα ἔθνη πολλὰ ὅσα Μιθριδάτης προειλήφει, ἐς Ῥωμαίους ἀναλαβὼν, αὐτόν τε τὸν βασιλέα τὰς ναῦς ἀφελόμενος, καὶ ἐς μόνην τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἐκ τοσῶνδε κατακλείσας, ἐπανῄει στρατὸν ἄγων εὔνουν οἱ καὶ γεγυμνασμένον καὶ πολὺν, καὶ τοῖς γεγονόσιν ἐπηρμένον· εἶχε δὲ καὶ νεῶν πλῆθος, καὶ χρήματα, καὶ παρασκευὴν

παρασκευὴν ἐς ἅπαντα ἀξιόλογον, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ἦν ἐπίφοβος. ὥστε δειμαίνοντες αὐτὸν ὅ, τε Κάρβων καὶ ὁ Κίννας, ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν περιέπεμπον, χρήματα καὶ στρατιὰν καὶ σῖτον αὐτοῖς ἀθροίζειν. τούς τε δυνατοὺς σὺν οὐσίαις ἀνελάμβανον, καὶ τῶν πόλεων ἠρέθιζον μάλιστα τὰς νεοπολίτιδας, ὡς δι' αὐτὰς ὄντες ἐν τοσῷδε κινδύνῳ. τάς τε ναῦς ἐπεσκεύαζον ἀθρόως, καὶ τὰς ἐν Σικελίᾳ μετεκάλουν, καὶ τὴν παράλιον ἐφύλασσον, καὶ οὐδὲν ὀξείας οὐδὲ οἵδε παρασκευῆς μετὰ δέους ἄρα καὶ σπουδῆς ἐξέλειπον. Σύλλας δ' ἐπὶ φρονήματος ἐπέστελλε τῇ βουλῇ περί τε αὐτοῦ, καταλέγων ὅσα περὶ Λιβύην ἐς Ἰουγόρθαν τὸν Νομάδα ἔτι ταμιεύων, ἢ ἐπὶ τοῖς Κιμβρικοῖς πρεσβεύων, ἢ Κιλικίας ἡγούμενος, ἢ ἐν τοῖς συμμαχικοῖς, ἢ ὑπατεύων ἔπραξε· τὰ δ' ἔναγχος ἐς Μιθριδάτην ὑπεραίρων τε μάλιστα, καὶ καταλογιζόμενος αὐτοῖς ἀθρόως ἔθνη πολλά, ὅσα Μιθριδάτου γενόμενα Ῥωμαίοις ἀνασῶσοι, καὶ οὐδενὸς ἧττον, ὅτι τοὺς ἐξελαθέντας ἐκ Ῥώμης ὑπὸ Κίννα καταφυγόντας ἐς αὐτὸν ὑποδέξαιτο ἀπορουμένους, καὶ ἐπικουφίζοι τὰς συμφορὰς αὐτοῖς. ἀνθ' ὧν ἔφη τοὺς ἐχθροὺς πολέμιον αὐτὸν ἀναγράψαι, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνασκάψαι, καὶ τοὺς φίλους ἀνελεῖν· τὴν δὲ γυναῖκα καὶ τέκνα μόλις πρὸς ἑαυτὸν διαφυγεῖν. ἀλλ' αὐτίκα καὶ τοῖσδε καὶ τῇ πόλει πάσῃ τιμωρὸς ἥξειν ἐπὶ τοὺς εἰργασμένους· τοῖς δ' ἄλλοις πολί-

ratum ad res quantumvis amplas aggrediendas idoneum, ita ut inimicis eſſet formidini. Quo metu Carbo & Cinna ceteros homines dimiſerunt per totam Italiam, qui pecunias, milites, frumentum in uſum inſtantis belli compararent: & potentiores quoſque unà cum opibus ad partes ſuas adjungebant: populos quoque concitabant, novorum præcipuè civium, jactantes propter ipſos præſenti ſe objectos periculo: claſſe quoque inſtructa, & accerſitis è Sicilia navibus, ſervabant littora, nihil ſibi ad apparatus celeritatem faciendo reliquum, ut in rebus trepidis. At

Syllæ ad ſenatum literæ.

Sylla elato animo ſcripſit ſenatui de ſeipſo, enumerans labores ſuos quos etiam tum quæſtor bello Jugurthino exhauſiſſet in Numidia, quos deinde legatus bello Cimbrico, vel prætor in Cilicia, vel conſul, bellis ſocialibus: ad hæc res geſtas nuper contra Mithridatem, exaggerando verbis ſingula, præſertim gentium magnum numerum, quas
ab eo rege occupatas reduxiſſet 397
ſub imperium Romani populi: nec quicquam magis imputabat, quàm quòd civibus Romanis, Cinnæ violentia pulſis ex urbe, ipſe fuiſſet refugium, & in rebus calamitoſis ac egenis ſolamen & auxilium. Pro quibus beneficiis opera inimicorum egregiam ſibi relatam gratiam, proſcriptionem capitis, domus ſubverſionem, amicorum cædem, uxoris ac liberorum fugam, qua ægre ad ſe evaſiſſent incolumes: ſed venturum ſe confeſtim, ulturúmque tum privatas injurias, tum publicas,

blicas, & pœnas exacturum ab auctoribus: ceterorum verò civium vel novorum vel veterum incuſaturum neminem. Quibus literis lectis quum pavor omnes invaſiſſet, miſſi legati qui reconciliarent eum adverſariis, præmoneréntque ſiquid caveri ſibi vellet fide publica, id curæ fore ſenatui, modò quamprimum voluntatem ſuam ſignificaret. Interim Cinna juſſus eſt ceſſare à delectibus, dum reſponſum redditur, qui futurum ſe in arbitrio ſenatus pollicitus, mox poſt legatorum diſceſſum ſeipſe conſulem unà cum collega deſignat in annum proximum, ne opus haberet comitiorum cauſa Urbem repetere: móxque ambo peragrata Italia conſcriptíſque legionibus milites alios poſt alios trajiciebant in Dalmatiam, cum quibus Syllæ occurrerent. & primi quidem proſpera navigatione provecti portus optatos tenuerunt: ſed proximè ſecutos tempeſtas retro repulit. Hi mox domum quiſque ſuam reverſi præ ſe ferebant, nunquam ſe ſponte militaturos contra cives ſuos: quo cognito reliqui negabant ſe poſthac trajecturos in Dalmatiam. Eos Cinna indignabundus ad concionem evocat, minis coacturus ſcilicet: illi pariter irati præſtò fuerunt, non diſſimulantes ſe repugnare paratos ſiquis inſolentius urgeat. Quum verò, in concionem eunti, lictor de via multitudinem ſubmovens, pulſaſſet quendam obvium, miles quidam lictorem repercuſſit: quem dum conſul jubet corripi, ſublato pariter clamore ad ſaxorum jactus ventum

Senatus ad Syllam legatos mittit.

Lictor Cinnæ à milite percuſſus.

τούς τε καὶ νεοπολίτας προύλεγεν, οὐδενὶ μέμψεσθαι περὶ οὐδενός. ὧν ἀναγιγνωσκομένων, δέος ἅπαντας ἐπεῖχε, καὶ πρέσβεις ἔπεμπον, οἳ συναλλάξειν αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς ἔμελλον, καὶ προερεῖν, εἴ τινος ἀσφαλείας δέοιτο, τῇ βουλῇ τάχιστα ἐπιστεῖλαι. τοῖς δ' ἀμφὶ τὸν Κίνναν εἴρητο μὴ στρατολογεῖν, ἔστε ἐκεῖνον ἀποκρίνεσθαι· οἱ δ' ὑπέσχοντο μὲν οὕτω πράξειν. οἰχομένων δὲ τῶν πρέσβεων, ἐς τὸ μέλλον ἑαυτοὺς ἀνεῖπον ὑπάτους αὐτίκα, τοῦ μὴ διὰ τὰ ἀρχαιρέσια θᾶττον ἐπανήκειν. καὶ τὴν Ἰταλίαν περιιόντες, στρατιὰν συνῆγον, ἣν ἐς Λιβυρνίαν (ὡς ἐκεῖθεν ἀπαντήσοντες τῷ Σύλλᾳ) κατὰ μέρος ἐπὶ νεῶν διεβιβάζοντο· τὸ μὲν δὴ πρῶτον μέρος εὐσταθῶς διέπλευσε, τῷ δ' ἑξῆς χειμὼν ἐπέπεσε, καὶ ὅσοι τῆς γῆς ἐλαμβάνοντο, εὐθὺς ἐς τὰς πατρίδας διεδίδρασκον, ὡς οὐ στρατεύσοντες ἑκόντες κατὰ πολιτῶν. οἵ τε λοιποὶ πυνθανόμενοι τοῦτ', οὐδ' αὐτοὶ περάσειν ἔτι ἔλεγον ἐς τὴν Λιβυρνίαν· Κίννας δ' ἀγανακτῶν, ἐς ἐκκλησίαν αὐτοὺς ὡς ἐπιπλήξων συνεκάλει· καὶ οἱ σὺν ὀργῇ παρήεσαν, ὡς ἀμυνούμενοι· τοῦ δὲ ῥαβδοφόρων τινὸς ὁδοποιοῦντος τῷ Κίννᾳ, καὶ τινὰ τῶν ἐν ποσὶ πατάξαντος, ἕτερος ἐκ τοῦ στρατοῦ τὸν ῥαβδοῦχον ἐπάταξε. καὶ Κίννα κελεύσαντος αὐτὸν συλλαβεῖν, βοὴ παρὰ πάντων ἀνέστη, καὶ λίθων ἦσαν ἐπ' αὐτὸν ἀφέσεις· οἱ δ' ἐγγὺς καὶ τὰ ξιφίδια ἐπισπάσαντες,

συνεκέν-

συνεκέντησαν αὐτόν. οὕτω μὲν δὴ καὶ
ίννας ὑπατεύων ἀπέθανε. Κάρ-
ων δ' ἔκ τε Λιβυρνίας τοὺς δια-
επλευκότας ἐς αὐτὴν μετεκάλει,
αὶ τὰ γιγνόμενα δεδιὼς, ἐς τὴν
όλιν οὐ κατῄει, καὶ πάνυ τῶν δημάρ-
ων αὐτὸν καλούντων ἐπὶ συνάρ-
ου χειροτονίαν· ἀπειλησάντων δὲ ἰ-
ιώτην ἀποφανεῖν, ἐπανῆλθε μὲν,
ὶ χειροτονίαν προύθηκεν ὑπάτου
ποισίου δὲ τῆς ἡμέρας γενομένης
τέραν προύγραψε, κἀν ταύτῃ κε-
ραυνοῦ πεσόντος ἐς τὸ τῆς Σελήνης
τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν, οἱ μάν-
εις ὑπὲρ τὰς θερινὰς τροπὰς ἀνε-
ιθεντο τὰς χειροτονίας· καὶ μόνος
ρχεν ὁ Κάρβων.

Σύλλας δὲ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἥκου-
ιν ἀπὸ τῆς βουλῆς ἀπεκρίνατο, αὐ-
ὸς μὲν οὔποτε ἀνδράσι τοιάδε ἐργα-
σαμένοις ἔσεσθαι φίλος, τῇ πόλει
' οὐ φθονήσειν χαριζομένῃ τὴν σω-
ηρίαν αὐτοῖς. ἀσφάλειαν δὲ αὐ-
ὸς μᾶλλον αὐτοῖς ἔφη καὶ τοῖς ἐς
ὐτὸν καταφυγοῦσιν ἐς ἀεὶ παρέ-
ειν, στρατὸν ἔχων εὔνουν· ᾧ δὴ μά-
ιστα καὶ δῆλος ἐγίνετο ἑνὶ ῥήματι
ῷδε οὐ διαλύσων τὸν στρατὸν, ἀλλὰ
ὴν τυραννίδα ἤδη διανοούμενος·
τὰ δ' αὐτοὺς τήν τε ἀξίωσιν καὶ
εριουσίαν καὶ ἱερωσύνην, καὶ εἴ τι
ἄλλο γέρας εἶχεν, ἐντελῆ πάντα
ποδοθῆναι, καὶ τοὺς περὶ τούτων ἐ-
ρῶντας συνέπεμπε τοῖς πρέσβεσιν.
ι δ' εὐθὺς ὑπὸ τοῦ Βρεντεσίου
Κίνναν τε πυθόμενοι τεθνάναι, καὶ
τὴν πόλιν ἀδιοίκητον εἶναι, πρὸς τὴν
Σύλλαν ἀνέστρεφον ἄπρακτοι· καὶ ὁ
Σύλλας πέντε Ἰταλοῦ στρατοῦ τέλη,

eſt: qui propiores erant, ſtrictis gladiis confoderunt hominem. Sic in ſuo conſulatu Cinna periit. *Cinnæ interitus.* Tum Carbo, reverti juſſis qui in Dalmatiam trajecerant, de præ- 398 ſenti rerum ſtatu ſolicitus, non auſus eſt in Urbem redire, quantumvis revocantibus tribuniſplebis ad ſubrogandum legitimis comitiis in occiſi locum alterum conſulem. tandem illis comminantib. ſe redacturos eum in privatorum civium ordinem, rediit quidem, & conſularia comitia habuit: ſed quum aves non addixiſſent, in aliam diem diſtulit. tum quoque quum ſana Lunæ atque Cereris de cælo tacta eſſent, augures comitia diſtulerunt ultra ſolſtitium, Carbone ſolo manente conſule.

Inter hæc Sylla ſenatus legationi ad ſe miſſæ reſponderat, cum talium ac tantorum ſcelerum patratoribus nunquam ſibi fore amicitiam: non obſtaturum ſe tamen, ſi populus Romanus eis incolumitatem donare voluerit: ſed longè tutiſſimos fore poſthac, qui ad ipſum confugerint, quum habeat tam faventem exercitum. Ex quo uno dicto ſatis apparebat, eum retinere velle imperium, & de occupanda dominatione cogitare: nam & dignitatem priſtinam, & opes & ſacerdotium, & ſi quos alios honores habuerat, omnia hæc integra ſibi poſtulabat reſtitui: adjunctis ad legationem qui à ſenatu id peterent. Hi quamprimum Brundiſii cognoverunt Cinnam defunctum, remp. perturbatam, ad Syllam reverſi ſunt infecto negotio. Ille cum v. legionibus Itali-

cis & VI. M. equitum, aſſumptis etiam Macedonum ac Peloponneſiorum auxiliis, ducens in ſumma circiter ſexaginta virorum. M. à Piræeo Patras & inde porro trajecit Brundiſium claſſe M. DC. navium: receptúſque in portum à Brundiſinis non repugnantibus, immunitate donavit eos in poſterum, quam hodiéque retinent. móxque inde cum univerſis copiis profectus eſt. In eo itinere Metellum Pium habuit obvium: qui ante aliquot annos bello ſociali ductaverat exercitum, ſed Cinnæ Mariíque metu vitata Urbe, & interim apud Ligures expectato eventu, tunc ultro ſe ſocium obtulit cum ea quam circa ſe habebat manu, proconſulis etiam tum nomen retinens. durat enim ſemel aſſumptus honor, donec contingat reditus in patriam. Nec ita multo pòſt Cn. Pompeius, qui poſtea Magnus cognominatus eſt, ſupervenit, ejus Pompeii filius qui fulmine perierat, non amicus Syllæ, ut videbatur: ſed ipſe ſuſpicione abolita præſtò fuit, è Piceno legionem adducens: in qua regione gratioſus erat ob paterni nominis memoriam. Idem paulo pòſt alias duas conſcripſit, & inter præcipuos ductores ſtrenuam operam Syllæ navavit. Quo factum eſt ut juvenis adhuc apud illum eſſet in pretio, ita ut ſoli omnium adventanti aſſurgeret: quem etiam in Africam miſit ad reliquias belli & Carbonianos inde profligandos, reſtituendúmque in regnum Hiempſalem pulſum à Numidis: & ob

Brunduſinis immunitas à Syllà data.

Metellus Pius.

Cn. Pompeius.

399

Sylla ſoli Cn. Pompeio aſſurgit.

καὶ ἱππέας ἑξακισχιλίους, ἄλλους τ τινὰς ἐκ Πελοποννήσου καὶ Μακεδονίας προσλαβών, ἅπαντας ἄγων ἐ μυριάδας ἀνδρῶν τέσσαρας, ἐπ τε Πάτρας ἀπὸ τοῦ Πειραιέως, κ ἐκ Πατρῶν ἐς Βρεντέσιον, χιλίαι καὶ ἑξακοσίαις ναυσὶ διέπλει. δεξαμένων δ' αὐτὸν ἀμαχεὶ τῶν Βρεντεσίων, τοῖσδε μὲν ὕστερον ἔδωκεν ἀτέλειαν (ἣν καὶ νῦν ἔχουσιν) αὐτὸς δ ἀναστήσας τὸν στρατὸν, ἤλαυνεν ἐς τ πρόσω. καὶ αὐτῷ Μέτελλος Καικίλιος ὁ Εὐσεβὴς ἐκ πολλοῦ τε ᾑρημένος ἐς τὰ λοιπὰ τοῦ συμμαχικοῦ πολέμου, καὶ διὰ Κίνναν καὶ Μάριον ἐς τὴν πόλιν οὐκ ἐσελθὼν, ἀλλὰ ἐν τῇ Λιγυστίδι τὸ μέλλον περιορῶν, αὐτόκλητος σύμμαχος ἀπήντα μεθ' ἧς εἶχε συμμαχίας, ἀνθύπατος ἔτι ὤν. ἔστι γὰρ εἶναι τοῖς αἱρεθεῖσιν, ἔστε ἐπανέλθοιεν ἐς Ῥώμην. ἐπὶ δὲ τῷ Μετέλλῳ καὶ Γναῖος Πομπήϊος, ὁ μετ' οὐ πολὺ Μέγας προσονομασθεὶς, Πομπηΐου μὲν ὢν παῖς τοῦ διεφθαρμένου τῷ κεραυνῷ, οὐκ εὔνου τῷ Σύλλᾳ νομισθέντος, τὴν δ' ὑποψίαν διαλυόμενος, ἦλθε, καὶ τέλος ἤγαγεν, ἐκ τοῦ Πικηνίτιδος, καὶ κλέος τοῦ πατρὸς ἰσχύσαντος ἐν αὐτῇ μάλιστα, ἀγείρας. μετὰ δ' οὐ πολὺ καὶ δύο ἄλλα συνέλεξε· καὶ χρησιμώτατος ἐν τοῖς μάλιστα ὅδε ὁ ἀνὴρ ἐγένετο τῷ Σύλλᾳ. ὅθεν αὐτὸν ὁ Σύλλας ἔτι νεώτατον ὄντα ἦγεν ἐν τιμῇ, καὶ ἐπιόντος, φασὶν, ὑπανίστατο μόνῳ· λήγοντος δὲ τοῦ πολέμου, καὶ ἐς Λιβύην ἔπεμψεν ἐξελάσαι τε τοὺς Κάρβωνος φίλους, καὶ Ἱέμψαλαν, ἐκπεσόντα ὑπὸ Νομάδων, ἐς τὴν

βασι-

εσιλείαν καταγαγεῖν. ἐφ' ᾧ δὴ καὶ
ιαμβεῦσαι κατὰ τῶν Νομάδων αὐτῷ
αρέσχεν ὁ Σύλλας, ἔτι ὄντι νέῳ,
ἔτι ὄντι τῶν ἱππέων· καὶ ἀπὸ τοῦδε
αρθεὶς ἐς μέγα ὁ Πομπήϊος, ἐπὶ
ερτώριον εἰς Ἰβηρίαν ἐπέμφθη, καὶ
τὸν Πόντον ἐπὶ Μιθριδάτην ὕστε-
ν. ἀφίκετο δὲ καὶ Κέθηγος ἐς τὸν
ύλλαν, χαλεπώτατος ἀντιστασιώ-
ς αὐτῷ μετὰ Κίννα καὶ Μαρίου γε-
νόμενος, καὶ σὺν ἐκείνοις τῆς πό-
ως ἐκπεσὼν, ἱκέτης τε γενόμενος,
ἑαυτὸν ὑπηρέτην ἐς ὅ, τι βούλοι-
παρέχων, ὁ δὲ, καὶ στρατιᾶς πο-
ὺ πλῆθος ἔχων ἤδη, καὶ φίλους
ολλοὺς τῶν ἐπιφανῶν, τοῖσδε μὲν
ποστρατήγοις ἐχρῆτο, αὐτὸς δὲ καὶ
έτελλος, ἀνθυπάτω ὄντε, ἐς τὸ
ρόσθεν ἐχώρουν· ἐδόκει γὰρ δὴ καὶ ὁ
ύλλας, ἀνθύπατος ἐπὶ Μιθρι-
άτη γενόμενος, οὐκ ἀποθέσθαι πω
τὴν ἀρχὴν, εἰ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἐ-
ψηφίσατο Κίννας.

ΟΙ μὲν δὴ μετὰ τῶν ἐχθρῶν βαρυτά-
ῃ καὶ ἀφανεῖ ἔχθρα, οἱ δ' ἐν ἄ-
ει τῆς τε φύσεως αὐτοῦ καλῶς τεκ-
αιρόμενοι, καὶ τὴν προτέραν ἐς τὴν
όλιν ἐσβολὴν αὐτοῦ καὶ κατάληψιν
ι ἔχοντες ἐν ὄψει, τά τε ψηφίσ-
ματα ἃ ἐπεκήρυξαν αὐτῷ λογιζό-
μενοι, καὶ τὴν οἰκίαν ὁρῶντες ἀνε-
σκαμμένην, καὶ περιουσίαν δεδημευ-
μένην, καὶ φίλους ἀνῃρημένους, καὶ
γενεὰν μόλις ἐκφυγοῦσαν, ἐδείμαι-
ν, καὶ οὐδὲν σφίσι νίκης ἢ πανωλ-
εθρίας μέσον εἶναι νομίζοντες, συ-
ίσταντο τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τὸν Σύλ-
αν μετὰ δέους· ἔς τε τὴν Ἰταλίαν
περιπέμποντες, στρατιὰν καὶ τρο-
φὰς καὶ χρήματα συνῆγον, οὐδὲν,
ς περὶ ἐσχάτων, σφίσιν ἀπολεί-
ποντες οὔτε σπουδῆς οὔτε προθυμίας.

eas res geſtas ei triumphum annuit, ante legitimam ætatem, necdum equeſtrem ordinem egreſſo. A quibus initiis quum multùm creviſſet juvenis, contra Sertorium in Hiſpaniam miſſus eſt, & in Pontum poſtea contra Mithridatem. Quin & Cethegus ad Syllam ſe contulit, quo non alius infenſior fuerat, cum Cinna Marióque Urbe pulſus: tunc verò ſupplex ad quidvis offerens ſuum miniſterium. Sic ille auctus tum militum numero, tum amicorum illuſtrium, hos quidem pro legatis habuit, ipſe vero unà cum Metello ambo proconſules procedebant ulterius: nam & Sylla proconſulari poteſtate contra Mithridatem profectus, nondum magiſtratum depoſuerat, quanvis hoſtis à Cinna judicatus

Cethegus.

Et ille quidem inimicos, quanquam graviter, clàm tamen oderat: qui verò in Urbe ſe tenebant, facilè conjectantes de hominis ingenio, necdum prioris irruptionis obliti, reputantéſque quibus plebiſcitis eum exagitaſſent, & videntes ejus domum dirutam, bona publicata, amicos interemptos, familiam vix fuga ſervatam, trepidi, quòd aut vincendum eſſet aut pereundum funditus, ob communem metum conſpirant adverſus eum cum conſulibus: totáque Italia milites, commeatus, pecunias, contrahunt, alacritate ſumma & induſtria, ſicut decebat in extremo periculo. Conſules verò 400

C. Nor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

C. Norbanus & L. Scipio, & cum his Carbo, qui ſuperiore anno conſul fuerat, infeſti quidem Syllæ ut ceteri, ſed conſcientia patratorum facinorum plus ſibi timentes, tum urbanis delectibus habitis, tum Italicis, cum ſuis quiſque copiis contra hoſtem ibant, habuerúntque cohortes quingenarias, ducentas tunc primùm: nam pòſt & pluribus uſi ſunt. Erat enim favor hominum in coſſ. multo propenſior, quòd Sylla videretur patriam hoſtiliter impetere, conſules rem ſuam quidem agerent, prætextu tamen patriæ. Ad hæc vulgus conſcium ſe cum illis peccaſſe, pari metu ad repugnandum movebatur, non ignari Syllam non caſtigationem aut correctionem aut terrorem volutare animo: ſed peſtem, cædes, direptiones, perniciem. Nec eos ſua ſefellit opinio: nam & præliis vaſtata ſunt omnia, denis viceníſque millibus ſæpe una acie cadentibus, circa Urbem quoque cæſis L. M. & à reliquis nullam injuriam victor abſtinuit vel viritim vel populariter, donec in ſuam unius poteſtatem redegit univerſum populi Romani imperium, quo deinde pro ſua libidine uſus eſt. Nec deſuerunt prodigia quibus præmonerentur divinitus: namque mira terricula privatim publicéque multis per totam Italiam obverſata ſunt, & antiqua oracula in memoriam revocata pavorem augebant. Inter alia, mula etiam

Cædes quantæ à Sylla patratæ.

cogitantem de trajectu in Siciliam: quod ne faceret, vallo foſſâque opere militari interclusus eſt. Conantem dein erumpere ut Samnium peteret, Craſſus repreſſit, cæſis mane ſex millibus, nec paucioribus ſub veſperam, tribus tantùm è ſuis amiſſis, ſeptem ſauciis: tanti momenti ad victoriam fuit recens animadverſionis memoria. At Spartacus expectans equitatum alicunde affore, non amplius ad certamen deſcendebat totis viribus, ſed obſeſſores nunc hàc nunc illàc vexabat repentinis eruptionibus, & faſces in foſſam congerendo, vallum ſuccendebat, laborem eis reddens difficilem: & medio ſpatio quo ab hoſte dirimebatur, unum è captivis Romanis ſuſpendit, oſtendens ſuis quid paſſuri eſſent ni vicerint. Quæ poſtquam in Urbem fama pertulit, moverunt indignationem populo, quòd tam diu traheretur bellum cum gladiatoribus. móxque Pompeius, nuper ex Hiſpania reverſus, juſſus eſt ire ad exercitum: quòd videretur ſupereſſe haudquaquam contemnendum negotium. At Craſſus ne hoc pacto confecti belli gloria penes Pompeium foret, modis omnibus hoc agebat ut ſine mora cum Spartaco decerneret: qui & ipſe non expectandum Pompeium cenſens, Craſſum invitabat ad fœdera: quo non impetrato ob indignitatem rei, ſtatuit ſubire pugnæ aleam, equitatu jam auctus: perruptíſque munitionibus cum omnibus copiis

Captivus Romanus à Spartaco ſuſpenſus.

426

πλευσόμενον ἐς Σικελίαν· καὶ καταλαβών, ἀπετάφρευε καὶ ἀπετείχιζε καὶ ἀπεσταύρου. βιαζομένου δὲ τὴν Σαμνῖτιν τοῦ Σπαρτάκου διαδραμεῖν, ἔκτεινεν ὁ Κράσσος ἐς ἑξακισχιλίους ἄλλους περὶ ἕω, καὶ περὶ δείλην ἐς τοσούσδε ἑτέρους, τριῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίου στρατοῦ μόνων ἀποθανόντων, καὶ ἑπτὰ τρωθέντων· τοσήδε ἦν αὐτίκα διὰ τὴν κόλασιν ἐς τὸ τῆς νίκης θράσος μεταβολή. Σπάρτακος δὲ ἱππέας ποθὲν αὐτῷ προσιόντας περιμένων, οὐκέτι μὲν ἐς μάχην ᾔει τῷ στρατῷ παντί, πολλὰ δ' ἠνώχλει τοῖς περικαθημένοις ἀνὰ μέρος. ἄφνω τε καὶ συνεχῶς αὐτοῖς ἐπιπίπτων, φακέλλους τε ξύλων ἐς τὴν τάφρον ἐμβάλλων κατέκαιε, καὶ τὸν πόνον αὐτοῖς δύσεργον ἐποίει. αἰχμάλωτόν τε Ῥωμαῖον ἐκρέμασεν ἐν τῷ μεταιχμίῳ, δεικνὺς τοῖς ἰδίοις τὴν ὄψιν ὧν πείσονται μὴ κρατοῦντες. οἱ δ' ἐν ἄστει Ῥωμαῖοι, τῆς πολιορκίας πυνθανόμενοι, καὶ ἀδοξοῦντες εἰ χρόνιος αὐτοῖς ἔσται πόλεμος μονομάχων, προσκατέλεγον ἐπὶ τὴν στρατείαν Πομπήϊον, ἄρτι ἀφικόμενον ἐξ Ἰβηρίας, πιστεύοντες ἤδη δυσχερὲς εἶναι καὶ μέγα τὸ Σπαρτάκειον ἔργον. διὰ δὲ τὴν χειροτονίαν τήνδε καὶ Κράσσος (ἵνα μὴ τὸ κλέος τοῦ πολέμου γένοιτο Πομπηΐου) πάντα τρόπον ἐπειγόμενος ἐπεχείρει τῷ Σπαρτάκῳ, καὶ ὁ Σπάρτακος, τὸν Πομπήϊον προλαβεῖν ἀξιῶν, ἐς συνθήκας τὸν Κράσσον προὐκαλεῖτο. ὑπερορώμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ, διακινδυνεύειν τε ἔγνω, καὶ παρόντων οἱ τῶν ἱππέων ἤδη, ὥσατο παντὶ τῷ στρατῷ διὰ τοῦ περιτειχίσματος,

καὶ ἔφυ-

ἔφυγεν ἐπὶ Βρεντέσιον, Κράσσου
ιώκοντος. ὡς δὲ καὶ Λεύκολλον ἐ-
πύθετο ὁ Σπάρτακος ἐς τὸ Βρεντέ-
σιον, ἀπὸ τῆς ἐπὶ Μιθριδάτῃ νίκης
παριόντα, εἶναι, πάντων ἀπογνοὺς,
χεῖρας ᾔει τῷ Κράσσῳ μετὰ πολ-
λοῦ καὶ τότε πλήθους. γενομένης δὲ
μάχης μακρᾶς τε καὶ καρτερᾶς
ς ἐν ἀπογνώσει τοσῶνδε μυριά-
δων, τιτρώσκεται τὸν μηρὸν ὁ Σπάρ-
τακος δορατίῳ, καὶ συγκύψας ἐς
τὸ γόνυ, καὶ προβαλὼν τὴν ἀσπί-
δα, πρὸς τοὺς ἐπιόντας ἀπεμάχε-
το· μέχρι καὶ αὐτὸς καὶ πολὺ πλῆ-
θος ἀμφ' αὐτὸν κυκλωθέντες ἔ-
πεσον. ὅ, τε λοιπὸς αὐτοῦ στρατὸς ἀ-
κόσμως ἤδη κατεκόπτοντο κατὰ πλῆ-
θος· ὡς φόνον γενέσθαι τῶν μὲν οὐδ'
ἀριθμητὸν, Ῥωμαίων δὲ ἐς χι-
λίους ἄνδρας, καὶ τὸ Σπαρτάκου νέ-
κυν οὐχ εὑρεθῆναι. πολὺ δέ τι
πλῆθος ἦν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐκ τῆς
μάχης διαφυγὸν, ἐφ' οὓς ὁ Κράσ-
σος ἀνέβαινεν· οἱ δὲ, διελόντες ἑ-
αυτοὺς ἐς τεσσαράκοντα μέρη, ἀπ-
εμάχοντο, μέχρι πάντες ἀπώ-
λοντο, πλὴν ἑξακισχιλίων, οἱ λη-
φθέντες ἐκρεμάσθησαν ἀνὰ ὅλην
τὴν ἐς Ῥώμην ἀπὸ Καπύης ὁ-
δόν.

Καὶ τάδε Κράσσος ἓξ μησὶν ἐρ-
γασάμενος, ἀμφήριστος ἐκ τοῦ-
δε αὐτίκα μάλιστα τῇ δόξῃ τῇ
Πομπηΐου γίγνεται· καὶ τὸν στρατὸν οὐ
μεθίει, διότι μηδὲ Πομπήϊος. ἐς
ὑπατείαν ἄμφω παρήγγελλον, ὁ
μὲν, ἐστρατηγηκὼς, κατὰ τὸν νόμον Σύλ-
λα· ὁ δὲ Πομπήϊος, οὔτε στρατηγήσας,
οὔτε ταμιεύσας· ἔτος τε ἔχων τέταρ-
τον ἐπὶ τοῖς τριάκοντα. τοῖς δὲ δη-
μάρχοις ὑπέσχετο πολλὰ τῆς ἀρχῆς
τὸ ἀρχαῖον ἐπανάξειν. αἱρεθέντες δὲ ὕπατοι, οὐδ' ὣς μεθίεσαν,

fugiebat Brundiſium, Craſſo perſequente. ſed ubi cognovit Lucullum appuliſſe eò, reverſum à victoria Mithridatica, deſperans produxit copias etiam tum validas in aciem: quúmque acerrimus conflictus eſſet cum deſperatorum tot millibus, Spartacus tragula femur ſaucius in genu ſubſedit, objectóque clypeo rejiciebat impetum hoſtium, donec cum multis ſuorum circumventus cecidit. Tum verò ceteri turbatis ordinibus cædebantur, ut iniri non poſſet cæſorum numerus: ex Romano exercitu fermè mille deſiderati ſunt. Spartaci cadaver inveniri nequiit. Multi in montes diffugerunt ex prælio: nec Craſſus à perſequendo deſtitit. Illi diviſi in quadraginta catervas repugnabant, donec omnes deleti ſunt, exceptis ſex millibus: qui in poteſtatem redacti per totam viam pependerunt qua in Urbem itur à Capua.

Spartaci clades & interitus.

His rebus intra ſex menſes geſtis, Craſſus poſthac viſus eſt Pompeii gloriæ non cedere, retinuítque exercitum, ſicut & ille: nam conſulatum petebant ambo, hic prætorius, juxta legem Corneliam: Pompeius verò nec prætorius nec quæſtorius, annum agens quartum ſupra trigeſimum, ſed tribuniſplebis pollicebatur multum de poteſtate priſtina. Quin & deſignati jam conſules non dimittebant exercitus, prope Urbem ſedendo,

Licinius Craſſus & Pompeius conſulatum petunt.

Seditio Craſſi & Pompeii.

ambo cauſas afferentes has: Pompeius ajebat ſe expectare Metellum revertentem ad triumphum Hiſpanienſem: Craſſus cauſabatur, debere Pompeium prius copias dimittere. Tum populus videns rem ad novas ſeditiones tendere, ſe à duobus obſideri exercitibus, conſules in foro ſuperiore loco ſedentes rogavit ut redirent in mutuam gratiam. eas preces primùm uterque repulit. deinde quum vates dira prædicerent, niſi conciliarentur conſules, populus rurſum gemebundus & ſupplex eaſdem preces redintegravit, non immemor malorum quæ Syllæ Mariíque contentiones invexerant. Tum Craſſus, prior à pervicacia diſcedens, è ſella excendit collegæ dextram in concordiæ fidem porrigens: qui aſſurgens properavit obviam. móxque conjunctas dextras acclamationes variæ ſecutæ ſunt fauſta comprecantium: nec prius concio dimiſſa eſt, quàm conſules miſſionem amborum exerçituum edicerent. Atque ita metu maximæ ſeditionis ſatis tranquillè res publica liberata eſt, anno ab obitu Tiberii Gracchi fermè ſexageſimo, qui civilibus contentionibus initium dederat.

427

Craſſus & Pompeius in gratiam redeunt.

Pompeius & Craſſus exercitus dimittunt.

Tiberius Gracchus civilibus contentionibus initium dedit.

τὸν στρατὸν ἔχοντες ἀγχοῦ τῆς πι
λεως· ἑκάτερος πρόφασιν τὴν
ποιούμενος· Πομπήϊος μὲν, ἐς τ
Ἰβηρικὸν θρίαμβον περιμένειν ἐπα
νιόντα Μέτελλον· ὁ δὲ Κράσσος, ὁ
Πομπήϊον δέον προδιαλῦσαι. καὶ
δῆμος, ἀρχὴν στάσεως ὁρῶν, κα
φοβούμενος δύο στρατοὺς περικαθη
μένους, ἐδέοντο τῶν ὑπάτων ἐν ἀγο
ρᾷ προκαθημένων συναλλαγῆνα
πρὸς ἀλλήλους· καὶ τὰ μὲν πρῶτ
ἑκάτερος ἀπεκρούετο, ὡς δὲ καὶ θεο
ληπτοι τινὲς προὔλεγον πολλὰ καὶ δ
νὰ, εἰ μὴ συναλλαγεῖεν οἱ ὕπα
τοι, ὁ δῆμος αὖθις αὐτοὺς μετ᾽ ο
μωγῆς παρεκάλει πάνυ ταπεινὸς
ἔτι τῶν Σύλλα καὶ Μαρίου κακῶν ἀνα
φέροντες. καὶ ὁ Κράσσος, πρότε
ρος ἐνδοὺς, ἀπὸ τοῦ θρόνου κατέ
βαινε, καὶ ἐς τὸν Πομπήϊον ἐχώρει
τὴν χεῖρα προτείνων ἐπὶ διαλλα-
γαῖς· ὁ δ᾽ ὑπανίστατο, καὶ προσέ
τρεχε. καὶ δεξιωσαμένων ἀλλήλους
εὐφημίαι τε ἦσαν ἐς αὐτοὺς ποικί
λαι, καὶ οὐ πρὶν ὁ δῆμος ἀπέστη τ
ἐκκλησίας, ἢ προγράψαι τοὺς ὑ
πάτους τὰς ἀφέσεις τῶν στρατοπέδων
οὕτω μὲν δὴ, δόξασα καὶ ἥδε μεγάλη
στάσις ἔσεσθαι, κατελύετο εὐσταθῶς
καὶ ἔτος ἦν τῷδε τῷ μέρει τῶν ἐμ-
φυλίων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα μάλιστ
ἀπὸ τῆς ἀναιρέσεως Τιβερίου Γράκ-
χου.

ἈΠΠΙΑ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

ἈΠΠΙΑΝΟΥ ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ῬΩΜΑΙΚΩΝ ἘΜΦΥΛΙΩΝ. Β.

Μετὰ δὲ τὴν Σύλλα μοναρχίαν, καὶ ὅσα ἐπ' αὐτῇ Σερτώριός τε καὶ Περπέννας περὶ Ἰβηρίαν ἔδρασαν, ἕτερα ἐμφύλια Ῥωμαίοις τοιάδε ἐγίγνετο· μέχρι Γάϊος Καῖσαρ καὶ Πομπήϊος Μάγνος ἀλλήλοις ἐπολέμησαν, καὶ Πομπήϊον μὲν καθεῖλεν ὁ Καῖσαρ, Καίσαρα δ' ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τινὲς, ὡς βασιλιζόμενον, κατέκανον. ταῦτα δὲ ὅπως ἐγένετο, καὶ ὅπως ἀνηρέθησαν ὅτε Πομπήϊος καὶ ὁ Γάϊος, ἡ δευτέρα τῶν ἐμφυλίων ἥδε δηλοῖ. ὁ μὲν δὴ Πομπήϊος, ἄρτι τὴν θάλασσαν καθήρας ἀπὸ τῶν λῃστηρίων τότε μάλιστα πανταχοῦ πλεοναστάντων, Μιθριδάτην ἐπὶ τοῖς λῃσταῖς καθῃρήκει Πόντου βασιλέα, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη προσέλαβεν ἀμφὶ τὴν ἕω διετάσσετο. ὁ δὲ Καῖσαρ ἦν ἔτι νέος, δεινὸς εἰπεῖν τε καὶ πρᾶξαι, τολμῆσαί τε ἐς πάντα, καὶ ἐλπίσαι περὶ ἁπάντων, ἐς δὲ δὴ φιλοτιμίαν ἀφειδὴς ὑπὲρ δύναμιν· ὡς ἀγορανομῶν ἔτι καὶ στρατηγῶν εἶναι κατάχρεως, καὶ τῷ

APPIANI ALEXANDRINI ROMANARUM HISTORIARUM DE BELLIS CIVILIBUS LIBER II.

SYLLÆ dominationem, quæque poſt eam Sertorii Perpennæque ductu in Hiſpania geſta ſunt, varii civiles motus ſunt ſecuti, uſque ad bellum civile Pompeianum: cujus exitu Pompeius à Cæſare, Cæſar à ſenatu è medio ſublatus eſt: ut videre licet ex hoc ſecundo civilium bellorum volumine. Nam Pompeius perpurgato longè latéque mari à piratarum receptaculis, quorum in omni hominum memoria nunquam tantus fuit numerus, Mithridatem 428
quoque Ponti regem debellaverat: poſt quam victoriam & regnum ejus & alias gentes in oriente devictas in eam formam redegit quam ipſi viſum eſt. Quo tempore Cæſar juvenis erat, eloquentiæ rebúſque gerendis juxta idoneus, audax, & nihil non ſpe præcipiens, ſupra vires ambitioſus: quippe qui etiam tum ædilis & prætor ingens æs alienum

Cajus Cæſar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

contraxit captandis auris popularibus, profuſiſſimo cuique maximè aſpirare ſolitis.

Catilina.

Catilina quoque celebrabatur loco natus honeſtiſſimo, ſed parum ſanæ mentis, & infamis ſuſpicione parricidii, quaſi amore captus Aureliæ Oreſtillæ filium ſuum ſuſtuliſſet, quòd illa gravaretur niſi orbo nubere: amicus Syllæ, factionĩſque illius ſtudioſiſſimus. Qui poſtquam profuſionibus ambitioſis ad pauperiem redactus eſt, nihilominus gratioſus apud potentiores tum viros tum fœminas, inter ceteros candidatos conſulatum petiit, viam ſibi muniturus ad tyrannidem: qua ſpe fruſtratus eſt, quippe jam ſuſpectus, ut affectans non ferendam in libera civitate potentiam. Conſulatum verò, illo repulſam paſſo, Cicero eſt aſſecutus, vir facundiſſimus. In eum Catilina, irridens ſuffragia populi, cavillabatur, ut novum hominem (ſic enim vocare ſolent eos qui non majorum gloria, ſed ſuapte virtute inclaruerunt) & quia in Urbe natus non erat, Inquilinum appellabat: quo nomine vocantur qui alienas ædes incolunt. Ipſe verò poſthac abſtinuit à reip. tractatione, ratus eam multum habere contentionis ac invidiæ, nec multum tamen conferre ad tyrannidem. Nihilominus magnam vim pecuniæ corrogabat à pleriſque ex eo genere mulierculárum quæ maritos pertæſæ ſperabant rebus novatis illorum interitum: conjuravítque cum aliquot ſenatoribus & equitibus Romanis, conſciis etiam plebeiis, ſervis, pere-

Aurelia Oreſtilla.

Novi homines qui appellentur.

πλήθει δαιμονίως ὑπερφρέσκειν τῶν δήμων αἰεὶ τοὺς δαψιλεῖς ἐπινοούντων.

Γάϊος δὲ Κατιλίνας, μεγέ- τε δόξης καὶ γένους λαμπρότητι π- ερώνυμος, ἔμπληκτος ἀνήρ, δ- ξας ποτὲ καὶ υἱὸν ἀνελεῖν δι' Αὐρ- λίας Ὀρεστίλλης ἔρωτα, οὐχ ὑφιστ- μένης τῆς Ὀρεστίλλης παῖδα ἔχον- γήμασθαι, Σύλλα φίλος τε καὶ στ- σιώτης καὶ ζηλωτὴς μάλιστα γεγονα- ἐκ δὲ φιλοτιμίας καὶ ὅδε ἐς πενί- ὑπενηνεγμένος, καὶ θεραπευόμενος ἔτι πρὸς δυνατῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, ἐς ὑπατείαν παρήγγει- λεν, ὡς τῇδε παρελευσόμενος ἐς τυραννί- δα. πάνυ δ' ἐλπίσας αἱρεθήσεσθαι διὰ τὴν ὑποψίαν τήνδε ἀπεκρ- ούσθη. καὶ Κικέρων μὲν ἦρχεν ἀντ' αὐ- τοῦ, ἀνὴρ ἥδιστος εἰπεῖν τε καὶ ῥη- τορεῦσαι· Κατιλίνας δ' αὐτὸν ἐ- ὕβριν τῶν ἑλομένων ἐπέσκωπτεν, μὲν ἀγνωσίαν γένους, καινὸν ὀνομά- ζων (καλοῦσι δ' οὕτω τοὺς ἀφ' ἑαυ- τῶν, ἀλλ' οὐ τῶν προγόνων, γνωρί- μους) ἐς δὲ ξενίαν τῆς πόλεως, Ἰγ- κουΐλινον. ᾧ ῥήματι καλοῦσι τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις. αὐτὸς δὲ πολιτειῶν μὲν ὅλως ἐτ- ἀπεστρέφετο ἐκ τοῦδε, ὡς οὐδὲν ἐ- μοναρχίαν ταχὺ καὶ μέγα φερού- σαν, ἀλλ' ἔριδος καὶ φθόνου μεστήν· χρήματα δὲ ἀγείρων πολλὰ παρὰ πολλῶν γυναικῶν, αἱ τοὺς ἄνδρας ἤλπιζον ἐν τῇ ἐπαναστάσει διαφθερεῖν, συνώμνυτο ἐσὶν ἀπὸ τῆς βουλῆς καὶ τῶν καλουμένων ἱππέων· συνῆγε δὲ καὶ δημότας, καὶ ξένους, καὶ θεράποντας·

καὶ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

καὶ πάντων ἡγεμόνες ἦσαν αὐτῷ
Κορνήλιος Λέντλος καὶ Κέθηγος,
τότε τῆς πόλεως ἐστρατήγουν· ἀ-
ά τε τὴν Ἰταλίαν περιέπεμπεν ἐς
ς τῶν Συλλείων τοὺς τὰ κέρδη τῆς τό-
ε βίας ἀναλωκότας, καὶ ὀρεγομένους
ργων ὁμοίων· ἐς Φαισούλας τῆς Τυρ-
ηνίας Γάϊον Μάλλιον, ἐς δὲ τὴν
Πικηνῖτιδα καὶ τὴν Ἀπουλίαν, ἑτέ-
ρους, οἳ στρατὸν αὐτῷ συνέλεγον ἀ-
φανῶς. καὶ τάδε πάντα ἔτι ἀγνοού-
μενα Φουλβία οὐκ ἀφανὴς ἐμήνυσε
τῷ Κικέρωνι. ἧς ἐρῶν Κοΐντος Σπου-
ιος, ἀνὴρ δὲ ὀνείδη πολλὰ τῆς
βουλῆς ἀπεωσμένος, καὶ τῆσδε τῆς
Κατιλίνα συνθήκης ἠξιωμένος, κού-
φως μάλα καὶ φιλοτίμως ἐξέφερεν,
ία πρὸς ἐρωμένην, ὡς αὐτίκα δυ-
ναστεύσων. ἤδη δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν τῇ
Ἰταλίᾳ γιγνομένων λόγος ἐφοίτα·
καὶ ὁ Κικέρων τήν τε πόλιν ἐκ δια-
στημάτων φρουραῖς διελάμβανε, καὶ
τῶν ἐπιφανῶν ἐξέπεμπε πολλοὺς ἐς
πάντα τὰ ὕποπτα τοῖς γιγνομέ-
νοις ἐφεδρεύειν. Κατιλίνας δ᾽, οὐ-
δενὸς μέν πω θαρροῦντος αὐτοῦ λα-
βέσθαι, διὰ τὴν ἔτι τῆς ἀκριβοῦς
γνωσίαν, δεδιὼς δὲ ὅμως, καὶ τὸ
χρόνιον ἡγούμενος ὕποπτον, ἐν δὲ τῷ
τάχει τὴν ἐλπίδα τιθέμενος, τότε
χρήματα προὔπεμπεν ἐς Φαισού-
λας, καὶ τοῖς συνομωμόταις ἐντειλά-
μενος κτεῖναι Κικέρωνα, καὶ τὴν πό-
λιν ἐκ διαστημάτων πολλῶν νυκτὸς
ἐμπρῆσαι μιᾶς, ἐξῄει πρὸς Γάϊον
Μάλλιον, ὡς αὐτίκα στρατὸν ἄλλον
ἀθροίσων, καὶ ἐς τὸν ἐμπρησμὸν τῆς
πόλεως ἐπιδραμούμενος. ὁ μὲν δὴ
ῥάβδους τε καὶ πελέκεας, ὡς τις ἀν-
θύπατος, κούφως μάλα ἀνέ-
χε πρὸ ἑαυτοῦ, καὶ ἐς τὸν Μάλ-
λιον ἐχώρει στρατολογῶν. Λέντλῳ δὲ

griniſque hominibus: ſed præ-
cipua Cornelii, Lentuli, Ce-
thegíque opera uſus eſt, qui
tum prætores erant in Urbe.
Per Italiam quoque dimiſit cer-
tos homines ad ſolicitandum 429
eos qui Syllanis temporibus ma-
le quæſita peius jam profude-
rant, talium lucrorum etiam
tum cupidi, C. Manlium Feſu-
las, alios item in Picenum &
Apuliam, qui clàm colligerent
militem. Hos occultos appa-
ratus prima omnium indicavit
Ciceroni Fulvia, non ignobilis
fœmina, cujus amator Q. Cur-
ius, unus è conjuratis, ob vi-
tam probroſam ſenatu motus,
jactaverat apud amicam, brevi
fore ut ſe præpotentem videat.
Jámque rumor creſcebat de co-
natibus etiam eorum qui circum
populos Italiæ miſſi fuerant,
quum conſul in Urbe præſidia
diſpoſuit, & non paucos illuſtres
viros ad loca ſuſpecta miſit. At
Catilina, quamvis nemo aude-
ret ei manus injicere, nondum
re ſatis detecta, veritus tamen
ne cum mora ſuſpicio creſceret,
& in celeritate ſpem collocans,
præmiſſis Feſulas pecuniis, man-
davit conjuratis Ciceronem oc-
cidere, Urbem eadem nocte di-
verſis locis incendere: móxque
ad C. Manlium profectus eſt, ut
contracta nova manu hominum
perditorum incenſam Urbem in-
vaderet: quod iter prælatis faſci-
bus ſecuribúſque fecit tanquam
proconſul, interim quacunque
ibat militem colligens. Lentu-

Fulvia Ciceroni conjurationem Catilinariam aperit.

Q. Curius.

Mandatum Catilinæ de Cicerone occidendo.

lus

lus verò partitis inter conjuratos operis conſtituit utquamprimùm cognoviſſent Catilinam perveniſſe Feſulas, ipſe cum Cethego ſicis ſub veſte armati fores Ciceronis ſummo mane peterent, & propter dignitatem facilè admiſſi prætextu ſecretioris colloquii longius ſeductum confoderent: L. Sextius, concione per præcones advocata, Ciceronem accuſaret, quòd homo natura timidus & turbulentus, civitatem turbaret temerè: nocte ſequenti alia conjuratorum manus duodecim excitaret incendia, miſcerétque omnia rapinis, & optimi cujuſque civis cædibus. Hæc erant Lentuli, Cethegi, Statilii, Caſſiique, ejus conjurationis principum con-
430 ſilia, occaſionem ſolam expectantium. Interea legati Allobrogum, qui magiſtratus ſuos accuſatum venerant, in eandem conjurationem pellecti ſunt ut Gallos concitarent contra rempublicam. Cum iis Lentulus ad Catilinam miſit Vulturtium Crotonenſem, non ſine literis, ſed nullo inſcriptis titulo. Allobroges ancipites conſilii, rem cum Fabio Sanga communicant ſuæ civitatis patrono: qui mos eſt provincialium, ut ſuum quæque natio patronum in Urbe habeat. Hujus Sangæ indicio monitus Cicero, legatos curavit in reditu comprehendendos unà cum Vulturtio, móxque in ſenatum introduxit: qui faſſi quicquid de Lentulo erant conſcii, palam arguebant, ex eo ſæpe au-

Allobrogum legati in conjurationem Catilinæ pellecti.

Vulturtius Crotonenſis.

Sangas.

Allobrogum legati comprehenſi.

δὲ καὶ τοῖς συνωμόταις ἔδοξεν, … Κατιλίναν ἐν Φαισούλαις πυν… νοιντο γεγονῆσθαι, Λέντλον μὲν … τὸν δὲ Κέθηγον ἐφεδρεῦσαι ταῖς Κι… κέρωνος θύραις περὶ ἕω, μετὰ κρυμμένων ξιφιδίων, ἐσδεχθέντας τε διὰ τὴν ἀξίωσιν, καὶ λαλοῦντας ὅ, τι δή, μηκῦναι τὴν ὁμιλ… ἐν περιπάτῳ, καὶ κτεῖναι περισπάσαντας ἀπὸ τῶν ἄλλων· Λούκιον … Σήστιον τὸν δήμαρχον ἐκκλησίαν … θὺς ὑπὸ κήρυξι συναγαγεῖν, καὶ κα… τηγορεῖν τοῦ Κικέρωνος ὡς ἀεὶ δει… καὶ πολεμοποιοῦ, καὶ τὴν πόλιν οὐδενὶ δεινῷ διαταράττοντος· ἐπὶ τῇ Σηστίου δημηγορίᾳ νυκτὸς αὐτ… κατὰ τῆς ἐπιούσης, ἑτέρους ἐν δυόδε… τόποις ἐμπιμπράναι τὴν πόλιν, διαρπάζειν, καὶ κατακτείνειν τ… ἀρίστους. ὧδε μὲν Λέντλῳ καὶ Κεθη… γῳ καὶ Σταπιλίῳ καὶ Κασσίῳ, τοῖ… ἄρχουσι τῆς ἐπισυναστάσεως, δέδοκτ… καὶ τὸν καιρὸν ἐπετήρουν. Ἀλλοβρίγω… δὲ πρέσβεις, αἰτιώμενοι τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν, ἐς τὴν Λέντλου συνωμοσίαν ἐπήχθησαν, ὡς ἀναστήσοντες ἐπὶ Ῥωμαίους τὴν Γαλατίαν· καὶ Λέντλος μετ' αὐτοῖς συνέπεμπε… ἐς Κατιλίναν Βουρτούκιον, ἄνδρα Κροτωνιάτην, γράμματα χωρὶς ὀνομάτων γεγραμμένα φέροντα. οἱ δὲ Ἀλλόβριγες ἐνδοιάσαντες, ἐκοινώσαντο Φαβίῳ Σάγγᾳ, ὃς ἦν τῶν Ἀλλοβρίγων προστάτης, ὥσπερ ἁπάσαις πόλεσιν ἔστι τις ἐν Ῥώμῃ προστάτης· παρὰ δὲ τοῦ Σάγγα μαθὼν ὁ Κικέρων, συνέλαβεν ἀπιόντας τοὺς Ἀλλόβριγάς τε καὶ Βουρτούκιον, καὶ ἐς τὴν βουλὴν εὐθὺς ἐπήγαγεν· οἱ δ' ὡμολόγουν ὅσα τοῖς ἀμφὶ τὸν Λέντλον συνῄδεσαν, ἀχθέντας τε ἤλεγχον ὡς ὁ Κορνήλιος Λέντλος

εἴποι

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

ποι πολλάκις, εἱμάρθαι, τρεῖς Κορνηλίους γενέσθαι Ῥωμαίων μονάρχους, ὧν ἤδη Κίνναν καὶ Σύλλαν γεγονέναι. λεχθέντων δὲ τούτων, ἡ μὲν βουλὴ Λέντλον παρέλυσε τῆς ἀρχῆς· ὁ δὲ Κικέρων, ἕκαστον ἐς τὰς οἰκίας τῶν στρατηγῶν διαθείς, ἐπανῆλθεν αὐτίκα, καὶ ψῆφον περὶ αὐτῶν ἐδίδου. θόρυβος δ' ἦν ἀμφὶ τὸ βουλευτήριον ἀγνοουμένου ἔτι τοῦ ἀκριβοῦς καὶ δέος τῶν συνεγνωκότων· οἰκέται δὲ Λέντλου καὶ Κεθήγου θεράποντές τε καὶ ἐξελεύθεροι, χειροτέχνας πολλοὺς προσλαβόντες, κατ' ὀπισθίας ὁδοὺς περιῄεσαν ἐπὶ τὰς τῶν στρατηγῶν οἰκίας, ὡς τοὺς δεσπότας ἐξαρπασόμενοι· ὧν ὁ Κικέρων πυθόμενος, ἐξέδραμεν ἐκ τοῦ βουλευτηρίου, καὶ διαθεὶς ἐς τὰ ἐπίκαιρα φύλακας, ἐπανῆλθε, καὶ τὴν γνώμην ἐπετάχυνε. Σιλανὸς μὲν δὴ πρῶτος ἔλεγεν, ὃς ἐς τὸ μέλλον ᾕρητο ὑπατεύειν. ὧδε γὰρ Ῥωμαίοις ὁ μέλλων ὑπατεύσειν, πρῶτος εἰσφέρει γνώμην· ὡς αὐτὸς (οἶμαι) πολλὰ τῶν κυρουμένων ἐργασόμενος, καὶ ἐκ τοῦδε εὐβουλότερόν τε καὶ εὐλαβέστερον ἐνθυμησόμενος περὶ ἑκάστου. ἀξιοῦντι δὲ τῷ Σιλανῷ τοὺς ἄνδρας ἐσχάτῃ κολάσει μετιέναι, πολλοὶ συνετίθεντο· ἕως ἐπὶ Νέρωνα τῆς γνώμης περιϊούσης, ὁ Νέρων ἐδικαίου φυλάττειν αὐτοὺς μέχρι Κατιλίναν ἐξέλωσι πολέμῳ, καὶ τὰ ἀκριβέστατα μάθωσι· Γάϊός τε Καῖσαρ, οὐ καθαρεύων μὲν ὑπονοίας μὴ συνεγνωκέναι τοῖς ἀνδράσι, Κικέρωνος δ' οὐ θαῤῥοῦντος καὶ τόνδε, ὑπεραρέσκοντα τῷ δήμῳ, ἐς τὸν ἀγῶνα προβαλέσθαι, προσετίθει διαθέσθαι τοὺς ἄνδρας Κικέρωνα τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσι-

tum, fato deberi Urbis imperium tribus Corneliis, ex quibus jam Cinnam Syllámque fuiſſe. Tum ſenatus Lentulo magiſtratum ademit, conſul conjuratis in ædes prætorum datis in cuſtodiam mox reverſus, rogabat de eis ſententias. Interea magnus tumultus erat ante curiam, nondum re ſatis cognita, & conſciorum magna trepidatio: nam Lentuli & Cethegi ſervi libertíque aſſumpta magna manu opificum, conati ſunt per poſticum in prætorum ædes irrumpere, & vi dominos eripere. Quo cognito Cicero procurrit è curia, diſpoſitíſque præſidiis reverſus urgebat ſententias. Silanus conſul deſignatus primus rogatus eſt, ex more, opinor ideo quòd decretorum ſenatus executio ad ejus loci ſenatores plerumque pertineat: quo circumſpectiora cautioraque par eſt eſſe eorum conſilia. Is cenſuit extremam pœnam de conjuratis ſumendam multis aliis aſſentientibus: donec Nero ſuo loco pro ſententia dixit, aſſervandos in cuſtodia tantiſper dum Catilina debellaretur, & negotium totum exquiſitè pernoſceretur. Idem & C. Cæſari viſum ſuſpecto nonnihil, quaſi & ipſe conſiliorum talium particeps, aut certè non ignarus fuerit: nec tamen à conſule nominatus: quippe qui non auderet hominem apud plebem gratioſiſſimum in periculum adducere. Addidit ad ſententiam, diſtribuendos reos per oppida Italica Ciceronis arbitrio, & finito bello ſiſten-

Conjurati in cuſtodiam dati.

Silani ſententia de conjuratis.

Neronis.

C. Cæſaris.

lo ſiſtendos in judicium, nec indicta cauſa durius conſulendum in homines nobiles. Quod quia videbatur æquum, multi tranſibant in eam ſententiam: donec

Catonis. Cato jam manifeſtè in ſuſpicionem vocans Cæſarem, conſúlque timens noctem futuram, ne multitudo conjurationis conſcia, quæ tum in foro incerta conſilii verſabatur, ſibi quoque metuens auderet aliquid nefarium, perſuaſerunt ut tanquam in facinore deprehenſi indicta cauſa damnarentur. Ac mox priuſquam ſenatus dimitteretur, ſingulos eorum Cicero è domibus in carcerem deductos, ignorante plebe in conſpectu ſuo juſſit necari: deinde in forum progreſſus eos vixiſſe ſignificavit. Ita multitudo metu diſperſa eſt, dum quiſque evaſiſſe contentus eſt, latêre ſe exiſtimans: & civitas reſpiravit ea die liberata ingenti ſolicitudine. Jam Catilina ad viginti millia circa ſe habebat, quorum quartam partem armaverat. Eum in Galliam iter fa-

Catilina ab Antonio victus. cientem ut apparatum ſuum abſolveret, Antonius, alter conſul, ad Alpes aſſecutus, haud magno labore vicit: ut qui rem pravo conſilio cœptam, tum quoque imparatus & nullo conſilio gerere coactus eſt. Attamen nec i-

Catilinæ & aliorum nobilium virorum interitus. pſe Catilina, nec quiſquam ex nobilibus qui tum aderant, fugere dignatus eſt, ſed in medios hoſtes ſe injicientes occubuerunt. Hic fuit periculoſiſſimæ conjurationis unà cum autore

σιν οἷς ἂν αὐτὸς δοκιμάσῃ, μέχρ Κατιλίνα καταπολεμηθέντος, ἐς καστήριον ὑπαχθῶσι, καὶ μὴ ἀνήκεστον ἐς ἄνδρας ἐπιφανεῖς ᾖ, π λόγου καὶ δίκης ἐξειργασμένης. καίου δὲ τῆς γνώμης φανείσης δεχθείσης, ἀκρατῶς οἱ πολλοὶ με ετίθεντο· μέχρι Κάτων, ἤδη σ φῶς ἀνακαλύπτων τὴν ἐς τὸν Κα σαρα ὑποψίαν, καὶ ὁ Κικέρων δ διὼς ἀμφὶ τῇ νυκτὶ περιστήσῃ, μ τὸ συνεγνωκὸς τοῖς ἀνδράσι πλ θος ἀνωρθύμενον ἔτι κατ' ἀγορὰ καὶ δεδιὼς περί τε σφῶν αὐτῶν κ περὶ ἐκείνων, ἐργάσηταί τι ἄτ πον, ἔπεισαν ὡς αὐτοφώρων ἄνε κρίσεως καταγνῶναι. καὶ εὐθὺς ἐ τῶν οἰκιῶν, ἔτι τῆς βουλῆς συνεστώσης ἕκαστον αὐτῶν ὁ Κικέρων ἐς τὸ δε σμωτήριον μεταγαγών, τοῦ πλήθο ἀγνοοῦντος ἐπεῖδεν ἀποθνήσκοντας καὶ τοῖς ἐν ἀγορᾷ παροδεύων ἐσ μηνεν ὅτι τεθνᾶσιν· οἱ δὲ διελύοντ πεφρικότες τε καὶ περὶ σφῶν ἀγα πῶντες ὡς διαλαθόντες· οὕτω μὲν πόλις ἀνέπνευσεν ἀπὸ τοῦ δέους πολ λοῦ σφίσιν ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐπι στάντες. Κατιλίναν δὲ ἐς δισμυρίους τε ἀγείραντα, καὶ τούτων τεταρτημόριον ὁπλίσαντα ἤδη, καὶ ἐς Γαλατίαν ἐπὶ ἄλλην παρασκευὴν ἀπιόντα Ἀντώνιος ὁ ἕτερος ὕπατος ὑπὲρ Ἄλπεις καταλαβὼν, οὐ δυσχερῶς ἐκράτησεν ἀνδρὸς ἐμπλήκτως ἀλλόκοτον ἔργον ἐπὶ νοῦν λαβόντος τε, καὶ ἐς πεῖραν ἔτι ἐμπληκτότερον ἀπαρασκεύως περιαγαγόντος. οὐ μὴν ὅγε Κατιλίνας, οὐδ' ἄλλος οὐδεὶς τῶν συνόντων ἐπιφανῶν φυγεῖν ἠξίωσεν, ἀλλ' ἐσδραμόντες ἐς τοὺς πολεμίους ἀπώλοντο· ὧδε μὲν ἡ Κατιλίνα ἐπανάστασις παρ' ὀλίγον, ἐς

ἔσχατον

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

κατον ἐλθούσας κινδύνους τῇ πόλει, λύετο, καὶ ὁ Κικέρων, ἅπασιν λόγου δυνάμει μόνῃ γνώριμος, τότε καὶ ἐπὶ ἔργῳ διὰ στόμα ἦν, καὶ σωτὴρ ἐδόκει περιφα- ἀπολλυμένῃ τῇ πατρίδι γενέσ- θαι, χάριτές τε ἦσαν αὐτῷ πα- τὴν ἐκκλησίαν καὶ εὐφημίαι ποικίλαι. Κάτωνος δ᾽ αὐτὸν καὶ πατέρα τῆς πατρίδος προσαγορεύσαντος, ἐπεβόησεν ὁ δῆμος. καὶ δοκεῖ τισὶν ἥδε ἡ εὐφημία, ἀπὸ Κικέρωνος ἀρξαμένη προελθεῖν ἐς νῦν αὐτοκρατόρων τοὺς φαινομένους ἀξίους. οὐδὲ γὰρ τοῖσδε, καίπερ βασιλεῦσιν, εὐθὺς ἀπ᾽ ἀρχῆς ταῖς ἄλλαις ἐπωνυμίαις, ἀλ- σὺν χρόνῳ μόλις ἥδε, ὡς ἐντε- ἐπὶ μεγίστοις δὴ μαρτυρία ψηφίζεται.

Ὁ δὲ Καῖσαρ, στρατηγὸς ἐς Ἰ- βηρίαν αἱρεθεὶς, ἐπεὶ μέντοι πρὸς χρηστῶν διεκρατεῖτο ἐν Ῥώμῃ, πολὺ πλέονα τῆς περιουσίας ὀφλὼν διὰ τὰς φιλοτιμίας. ὅτε φασὶν αὐ- τὸν εἰπεῖν, ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων, ἵνα ἔχοι μηδέν. διαθέμενος δὲ τοὺς ἐνοχλοῦν- τας ὡς ἐδύνατο, καὶ τῆς Ἰβηρίας ἐπιβὰς, χρηματίζειν μὲν ταῖς πό- λεσιν ἢ διαιτᾶν δίκας ἢ ὅσα ὁμοιό- τροπα τούτοις ἅπαντα ὑπερεῖδεν, ὡς οὐδὲν οἷς ἐπενόει χρήσιμα· στρα- τιὰν δὲ ἀγείρας, ἐπετίθετο τοῖς ἔ- τι λοιποῖς Ἰβήρων ἀνὰ μέρος, μέ- χρι τὴν Ἰβηρίαν ἐς τὸ ὁλόκληρον ἐπέφηνε Ῥωμαίοις ὑποτελῆ· καὶ χρήματα πολλὰ ἐς Ῥώμην ἀπέπεμ- ψεν, ἐς τὸ κοινὸν ταμιεῖον· ἐφ᾽ οἷς ἡ μὲν βουλὴ θριαμβεῦσαι παρέχεν αὐτῷ, ὁ δὲ τῆς πομπῆς τὴν παρα- σκευὴν ἐς τὸ λαμπρότατον ἐν τοῖς τῆς Ῥώμης προαστείοις διεκόσμει· ἐν

ſuo depulſæ à reipublicæ ſalute exitus: qui Ciceronem eatenus ſola eloquentia clarum, etiam rebus celebrem fecit, ut haud dubiè tum ſervator patriæ ſit habitus: quamobrem etiam gratiæ ſunt ei actæ publicè, & autore Catone poſt varias acclamationes populi pater patriæ conſalutatus eſt. Pater patriæ Cicero ſalutatus. Cujus appellationis honor ut tum ante omnes ſuo merito ei contigit, ita nunc imperatoribus duntaxat dignis ſolet tribui: 432 nam ne his quidem quanquam regiam poteſtatem adeptis ſtatim cum ceteris cognominibus hoc quoque additur, ſed vix tandem ut abſolutæ virtutis teſtimonium publico decreto conceditur.

Cæſar verò provinciam ſortitus Hiſpaniam, retinebatur à creditoribus, quibus ſolvendo non erat, exhauſtus ambitioſis ſumptibus: quo tempore vox ejus excepta eſt, Cæſaris dictum. opus eſſe ſibi bis millies & quingenties centenis millibus ut nihil habeat: utcunque cum iis tranſegit: provinciam ingreſſus, non conventus obire, non jus reddere, parum apta hæc ratus ſuo propoſito: ſed coactis copiis per partes aggrediebatur reliquos Hiſpanos, donec univerſam eorum terram populo Romano fecit tributariam. Itaque magna vi pecuniæ miſſa in ærarium, triumphum à ſenatu impetravit. Jámque apparatus futuræ pompæ ſplendidiſſimos faciebat in ſuburbiis, quum

comitio-

comitiorum conſularium dies advenit, & oportebat candidatos adeſſe: nec fas erat ſemel Urbem ſine pompa ingreſſum, iterum cum triumpho reverti. Ille verò jam dudum ejus magiſtratus percupidus, nec dum etiam ad triumphandum ſatis inſtructus, per nuntios rogavit ſenatum ut permitteret abſenti per amicos conſulatum petere: quod etiamſi legibus vetitum, indultum tamen ſciebat aliis. Ceterùm quum jam ultima dies adeſſet, qua competitores profiteri nomina opportebat, Catone petitioni ejus multùm diúque contradicente, ſupervenit Cæſar contempto triumpho, & profeſſione facta expectabat comitia. Interea Pompeius rebus contra Mithridatem geſtis clarus ac præpotens, poſtulabat à ſenatu ut multa quæ regibus, dynaſtis, & civitatibus, conceſſerat, patres rata haberent, multis obſtantibus præ invidia: præſertim Lucullo, qui provincia decedens, debilitato jam rege, bellum hoc facile ſucceſſori ipſi Pompeio tradiderat, jactans ſuam eſſe victoriam, Craſſo quoque in ſuum favorem pertracto. Quod indignè ferens, ille Cæſarem adjungit ſibi ſocium, operam ſe daturum jurejurando pollicitus, ut conſul fieret: ac mox per Cæſarem Craſſus ei conciliatus eſt. ita hi tres potentiſſimi viri operas præſtabant mutuas: quam conſpirationem Varro hiſtoricus uno libro complexus, inſcripſit Tricipitinam. At ſenatus ſuſpectam habens eorum potentiam, L. Bibu-

Cæſar conſulatum petit,

433

Craſſus Pompeio per Cæſarem conciliatus.

Varro hiſtoricus.

αἷς ἡμέραις ὑπατείας ἦσαν π
ραγγελίαι, καὶ ἔδει τὸν παραγγ
λοντα παρεῖναι, ἐσελθόντι δὲ ἐς
ὴν ἔτι ἐπὶ τὸν θρίαμβον ἐπανελ
ὁ δὲ καὶ τῆς ἀρχῆς ἐς πολλὰ τυχ
πειγόμενος, καὶ τὴν πομπὴν
ἑτοίμην ἔχων, ἐσέπεμπε τῇ βου
δεόμενος τρέψαι οἱ τὴν παραγ
λίαν ἀπόντι ποιήσασθαι διὰ τῶν φί
λων, εἰδὼς μὲν παράνομον, γεγο
ὸς ἤδη καὶ ἑτέροις. Κάτωνος δ' ἀν
τιλέγοντος αὐτῷ, καὶ τὴν ἡμέρ
τελευταίαν οὖσαν τῶν παραγγελι
ἀναλοῦντος ἐπὶ τοῖς λόγοις, ἰ-
δρώμενος ὁ Καῖσαρ ὑπεριδὼν
θρίαμβον, καὶ παραγγείλας ἐς τ
ἀρχὴν, ἀνέμενε τὴν χειροτον
ἐν δὲ τούτῳ Πομπήϊος ἐκ τῶν Μ
θριδατείων ἔργων ἐπὶ μέγα δόξης
δυνάμεως ἐλθὼν, ἠξίου πολλὰ,
σα βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις καὶ π
λεσιν ἐδεδώκει, τὴν βουλὴν
βαιῶσαι. φθόνῳ δ' αὐτὸν οἱ πο
λοὶ, καὶ μάλιστα Λεύκολλος, ὁ
πρὸ Πομπηΐου στρατεύσας ἐπὶ τὸν Μ
θριδάτην, ὡς ἀσθενέστατον αὐτ
ἀπολιπὼν τῷ Πομπηΐῳ, διεκώλυ
ἴδιον ἔργον ἀποφαίνων τὸ Μιθριδ
τειον. καὶ Λευκόλλῳ συνελάμβα
νε Κράσσος. ἀγανακτῶν οὖν ὁ Πομ
πήϊος προσεταιρίζεται Καίσαρα
συμπράξειν ἐς τὴν ὑπατείαν ἐπ
μόσας. ὁ δ' εὐθὺς αὐτῷ Κράσσ
διήλλαξε. καὶ τρεῖς οἵδε τὸ μέγισ
ἐπὶ πᾶσι κράτος ἔχοντες, τὰς χρεία
ἀλλήλοις συνηράνιζον· καὶ τις αὐτῶ
τήνδε τὴν συμφροσύνην συγγρα
φεὺς, Βάῤῥων, ἑνὶ βιβλίῳ περιλα
βὼν, ἐπέγραψε Τρικάρανον. ὑφο
ρωμένη δ' αὐτοὺς ἡ βουλὴ Λεύκιον Βι

βλο

…ν ἐς ἐναντίωσιν τοῦ Καίσαρος
…ροτόνησεν αὐτῷ συνάρχειν, καὶ
…ὺς αὐτῶν ἦσαν ἔριδές τε καὶ ὅ-
…ων ἐπ' ἀλλήλους ἰδίᾳ παρα-
…σκευαί. δεινὸς δ' ὢν ὁ Καῖσαρ ὑ-
…κρίνεσθαι, λόγους ἐν τῇ βουλῇ
…ὶ ὁμονοίας διέθετο πρὸς Βίβλον,
…τὰ κοινὰ λυπήσοντες εἰ διαφέ-
…ρονται. πεισθεὶς δ' οὕτω φρονεῖν,
…περίσκεπτον ἤδη καὶ ἀπαράσκευον
…οὐδὲν ἔτι τῶν γιγνομένων ὑπονοοῦ-
…τοῦ Βίβλον ἔχων, χεῖρά τε πολ-
…ἀφανῶς ἡτοιμάζετο, καὶ νό-
…ους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βου-
…τήριον ἐσέφερε, καὶ γῆν αὐτοῖς
…εμε, καὶ τὴν ἀριστεύουσαν αὐ-
…ς μάλιστα περὶ Καπύην, ἐς τὰ
…ὰ διεμισθοῦτο τοῖς οὖσι πατρά-
…παίδων τριῶν, ἔμμισθον ἑαυτῷ
…δε τοῦ χάριτος πλῆθος τοσόν-
…ποιούμενος· δισμύριοι γὰρ ἀθρό-
…ἐφάνησαν οἱ τὰ τρία τρέφοντες
…ροι. ἐνισταμένων δὲ τῇ γνώμῃ πολ-
…ν, ὑποκρινάμενος δυσχεραίνειν
…οὐ δίκαια ποιούντων, ἐξέδρα-
…, καὶ βουλὴν μὲν οὐκέτι συνῆγεν
…τὸ ἔτος ὅλον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐμ-
…λων ἐδημηγόρει, Πομπήϊόν τε ἐν
…τῷ καὶ Κράσσον ἠρώτα περὶ τῶν
…ων, οἱ δὲ αὐτοὺς ἐπῄνουν, καὶ
…δῆμος ἐπὶ τὴν χειροτονίαν ᾔει
…ὺ κεκρυμμένοις ξιφιδίοις. ἡ βου-
… δὲ (οὐ γάρ τις αὐτὴν συνῆ-
…, οὐδ' ἐξῆν τῷ ἑτέρῳ τῶν ὑπά-
…ν συναγαγεῖν αὐτήν) ἐς τὴν
…ίαν τοῦ Βίβλου συνελθόντες, οὐδὲν
…ἀντάξιον τοῦ Καίσαρος ἰσχύος τε
…παρασκευῆς ἐποίουν, ἐπενόουν δ'
…ως Βίβλον ἐνίστασθαι τοῖς νόμοις,
… μὴ δόξαν ἀμελείας ἀλλὰ ἥσσης

lum collegam Cæſari & adverſarium addidit: móxque inter eos orta eſt contentio, ut uterque armis ſe contra alterum inſtrueret. Sed Cæſar ſimulandi egregius artifex, in ſenatu orationem habuit ad Bibulum de concordia, quaſi cavens ne quod ex collegarum diſſenſione reſp. accipiat incommodum. Quúmque seriò paci ſtudere videretur, incauto nec præmuniente ſe altero, ut qui nil ſuſpicaretur amplius, repentè magna manu comparata & rogationes fecit in ſenatu in favorem pauperum, & agros eis diſtribuit: & agrum Campanum longè fertiliſſimum ex publico dilargitus eſt trium liberorum patribus, hac mercede gratiam plebis ſibi comparans: viginti enim millia extiterunt hujus ſolùm generis. quúmque multi obſiſterent quominus leges ſuas perficeret, proripuit ſe è curia quaſi non ferens eorum iniquitatem, nec poſthac reliquo anni tempore ſenatum habuit: tantùm pro roſtris concionabundus, Pompeium Craſſúmque præſentes rogitabat ecquid leges placerent: quibus approbantibus plebs ſub veſte ſicis armata vocabatur ad ſuffragia. Patres verò (nec enim licebat eos in ſenatum coire niſi autore utroque conſule) in ædibus Bibuli cœtus facientes, nihil quidem proficiebant adverſus vim & apparatum Cæſaris: animabant tamen eum ut legibus collegæ contradice-

L. Bibulus Cæſaris collega.

…t, quo aliena potius improbitate victus videri poſſet quàm

ſua

ſua negligentia. Irrupit ille in
forum concionante etiam tum
Cæſare: ortóque per alterca-
tionem tumultu, ad manus ven-
434 tum eſt: & ſicarii fregerunt fa-
Faſces Bibuli fracti. ſces Bibuli, tribunis quoque a-
liquot qui pro eo ſtabant vulne-
ratis: nec tamen quicquam ter-
ritus, nudatum præbebat jugu-
lum, clamore Cæſarianos ad
necem invitans: Si non poſſum,
inquit, collegæ perſuadere quæ
juſta ſunt, certè morte mea
ſceleſtum ac invidioſum fecero:
ſubduxerunt tamen invitum a-
mici in fanum Jovis Statoris,
Cato. foro proximum. Tum Cato ac-
cerſitus, ut erat robuſtus, pro-
truſis obſtantibus, per turbam
evaſit in locum ſuperiorem,
cœpítque concionari, ſed à Cæ-
ſarianis raptus è foro eſt: nihilo-
minus clàm per aliam viam re-
currens in roſtra, omiſſa concio-
natione, aſperè tantùm clama-
bat in Cæſarem, donec iterum
exturbatus eſt, & conſul leges
ſuas pertulit: juratis in eas ple-
beiis, à patribus quoque idem juſ-
jurandum exigens. Quod quum
non pauci autore Catone recu-
ſarent, Cæſar rogationem tulit
ad populum, ut capitalis eſſet qui
non juraret: ídque populus ſci-
vit: móxque omnes præ metu
jurarunt, & his tribuni plebis,
fruſtra reclamaturi lege jam con-
Vetius ad necem Cæſaris ſubmiſſus. firmata ab aliis. Interea Vetius
quidam è plebe procurrit in me-
dium, ſtrictum cultrum oſten-
tans, dicénſque ſe ſubmiſſum à
Bibulo, Cicerone atque Catone,
ut Cæſarem unà cum Pompeio

ἐνέγκαι. πεισθεὶς οὖν ὁ Βίβλ
ἐνέβαλεν ἐς τὴν ἀγορὰν, δημη
γοροῦντος ἔτι τοῦ Καίσαρος· ἔρι
δὲ καὶ ἀταξίας γιγνομένης πληγαὶ
ἦσαν ἤδη, καὶ οἱ μετὰ τῶν ξιφῶν
τὰς ῥάβδους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ Βι
περιέκλων, καὶ τῶν δημάρχων ἐστί
περὶ αὐτὸν ὄντας ἔτρωσαν· Βίβλ
δ' οὐ καταπλαγεὶς, ἀπεγύμνου
σφαγὴν, καὶ μετὰ βοῆς ἐκάλει το
Καίσαρος φίλους ἐπὶ τὸ ἔργον.
„ γὰρ οὐ δύναμαι πεῖσαι τὰ δίκ
„ ποιεῖν (ἔφη) Καίσαρα, τ
„ ἄγος αὐτῷ καὶ μῖσος οὕτως ἀ
„ θανὼν ἐπιβαλῶ. Ἀλλὰ τὸν μὲν
κοντα ὑπεξήγαγον οἱ φίλοι ἐς
πλησίον ἱερὸν τοῦ Κτησίου Διός. Κ
των. δ' ἐπιπεμφθεὶς, ὥστε το
ὡς νέος ἐς μέσους, καὶ δημηγορ
ἤρχετο· μετέωρος δ' ὑπὸ τῶν Κ
σαρος ἀρθεὶς ἐξεφέρετο, καὶ λα
κατ' ἄλλας ὁδοὺς αὖθις ἀνέδραμ
ἐς τὸ βῆμα. καὶ λέγειν μὲν ἔτι οὐ
νὸς ἀπεγίνωσκε, τοῦ δὲ Καίσαρ
ἀγροίκως κατεβόα, μέχρι καὶ τ
μετέωρος ἐξερρίφη· καὶ τοὺς νόμους
Καῖσαρ ἐκύρωσε, καὶ ἐπ' αὐτο
τόν τε δῆμον ὥρκωσεν ἐς ἀεὶ κυρι
νομιεῖν, καὶ τὴν βουλὴν ἐκέλευ
ὀμνύναι. ἐνισταμένων δὲ πολλῶν
Κάτωνος, εἰσηγεῖτο μὲν ὁ Καῖσ
θάνατον τῷ μὴ ὀμόσαντι, καὶ ὁ δ
μος ἐπεκύρου. ὤμνυον δ' αὐτίκ
δείσαντες οἵ τε ἄλλοι καὶ οἱ δήμα
χοι. οὐ γὰρ ἔτι χρήσιμον ἀντιλέγ
ειν κυρουμένου διὰ τοὺς ἄλλους τ
νόμου. Οὐέττιος δ' ἀνὴρ δημότη
ἐς τὸ μέσον ἐσδραμὼν μετὰ ξιφιδίο
γυμνοῦ, ἐπιπεμφθῆναι ἔφη πρὸς τ
Βίβλου καὶ Κικέρωνος καὶ Κάτωνος
ἐς ἀναίρεσιν Καίσαρός τε καὶ Πομ

πηΐου

ηίου· καὶ τὸ ξιφίδιον αὐτῷ Βίβλου
κελεῦσαι ἐπιδοῦναι Ποσούμιον. ὑπό-
του δ' ὄντος ἐφ' ἑκάτερα τοῦ
ράγματος, ὁ μὲν Καῖσαρ ἐξε-
ράχυνε τὸ πλῆθος, τὴν δ' ἐ-
ιοῦσαν ἐξετάσειν τὸν Οὐέττιον ἀνε-
άλλοντο. καὶ ὁ Οὐέττιος, φυλασ-
όμενος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, νυ-
τὸς ἀνῃρέθη. εἰκαζομένου δ' ἐς ποι-
ίλα τοῦ συμβεβηκότος, ὁ Καῖσαρ
ὅτι ἀνῄει καὶ τοῦτο δρᾶσαι, λέγων
οὺς δεδιότας, ἕως ὁ δῆμος αὐτῷ
συνεχώρησεν, ἀμύνειν τοῖς ἐπιβε-
ουλευμένοις. καὶ Βίβλος μὲν, ἐκ
ειρῶν ἅπαντα μεθεὶς, οἷά τις ἰ-
ώτης, οὐ προῄει τῆς οἰκίας ἐπὶ τὸ
οιπὸν τῆς ἀρχῆς ἅπαν.

Ὁ δὲ Καῖσαρ οὐδ' αὐτὸς ἔτι ἐ-
ιὼν περὶ τοῦ Οὐεττίου, μόνος ἔχων
ὸ κράτος ἐπὶ τῆς πολιτείας· νό-
ους δ' ἐσέφερεν, ἐκθεραπεύων τὸ
πλῆθος, ἑτέρους, καὶ τὰ Πομπηΐῳ
ἐπραγμένα ἅπαντα ἐκύρου, κα-
άπερ ὑπέσχητο αὐτῷ· οἱ δ' ἱπ-
έες λεγόμενοι, τὴν μὲν ἀξίωσιν,
δήμου καὶ τῆς βουλῆς ὄντες ἐν μέ-
ῳ, δυνατώτεροι δὲ ἐς ἅπαντα πε-
ιουσίας τε ἕνεκα καὶ μισθώσεως τε-
ῶν καὶ φόρων, οὓς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν
ελουμένους ἐξεμισθοῦντο, καὶ πλή-
ους βεβαιοτάτων ἐς ταῦτα θεραπόν-
των, ἐκ πολλοῦ τὴν βουλὴν ᾔτουν,
φεσιν τινὰ μέρους τῶν φόρων αὐτοῖς
ενέσθαι· καὶ ἀποδιέτριβεν ἡ βουλή·
δὲ Καῖσαρ, ἐς οὐδὲν τότε τῆς βου-
ῆς δεόμενος, ἀλλὰ μόνῳ τῷ δή-
ῳ χρώμενος, τὰ τρίτα τῶν μι-
θώσεων αὐτοῖς παρῆκεν, οἱ δὲ,
ὑπὲρ τὴν σφετέραν ἀξίωσιν ἀδοκή-
του τῆς χάριτος αὐτοῖς γενομένης,
ξεθείαζον αὐτόν. καὶ στῖφος ἀλλο-
ρατερώτερον τοῦ δήμου τόδε τῷ Καί-

confoderet: eúmque cultrum ſibi datum à Poſtumio lictore Bibuli. Hoc facto, quamvis ambiguæ ſuſpicionis, Cæſar uſus eſt ad exaſperandam multitudinem, inquiſitione dilata in craſtinum: ſed Vetius in carcere ſequenti nocte necatus eſt. Quúmque hic caſus interpretaretur variè, Cæſar hanc quoque culpam rejiciebat in quoſdam conſcientia timidos, donec effecit ut populus ei permitteret ab injuriis inſidiatorum ſe defendere. Tum verò Bibulus in univerſum omiſſa reip. tractatione, tanquam privatus domi ſe continuit, reliquo ſui conſulatus tempore.

At collega jam ſolus moderationem rerum obtinens, non amplius inquirebat de Vetio, verſus ad alias leges ferendas in plebis 435
gratiam: ſimúlque acta Pompeii rata habuit omnia, ut pollicitus fuerat. Eodem tempore equeſtris ordo inter ampliſſimum & plebeium medius, potens tam propriis divitiis, quàm quæſtu ex vectigalibus publicis, quæ redimere à populo ſolitus eum colebat maximè, remitti ſibi partem aliquam onerum à ſenatu petiit. Patribus verò cunctantibus Cæſar nihil eos moratus ſolóque conſenſu plebis uſus, remiſit eis partem tertiam ex locationum pretio: quapropter equites ſupra poſtulata nacti inſperatam gratiam, in cælum ferebant autorem ejus. Unde robuſtior etiam quàm antè ex plebe, manus propugnatorum acceſſit dignitati

Beneficium Cæſaris erga equites.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

Cæſaris, ob inſtitutum hoc unicum. Quam gratiam ille auxit edendis quoque ſpectaculis & venationibus, ſupra opes undique æs alienum contrahens, & ſeipſum vincens apparatus magnificentia profuſiſque largitionibus: quibus effecit ut citerior ulteriórque Gallia ſibi provincia decerneretur in quinquennium, & legiones quatuor. Deinde ſatis intelligens, & ab Urbe diutius ſe abſore, & gratia majorem eſſe invidiam, Pompeio collocavit filiam, quamvis jam antè concordi, veritus amici etiam livorem propter ſucceſſus nimios. Præterea ſuæ factionis audaciſſimos conſules deſignavit in annum proximum, A. Gabinium ex intimis amicis, & L. Piſonem ſocerum, nuper affinitate conjunctum: Catone vociferante, imperia parari nuptiarum lenociniis. tribunos verò plebis Vatinium & Clodium Pulcrum, infamem, quaſi in Bonæ deæ ſacris, quæ mulierum erant propria, pudicitiam uxoris ipſius Cæſaris attrectaſſet. quod flagitium Cæſar diſſimulavit in homine apud plebem gratioſo, quamvis repudiata conjuge: alii verò diem dixerunt ut ſacrorum violatori, Cicerone accuſationem peragente: quo maximè tempore Cæſar teſtis citatus nihil prodidit,
436 imò & tribunatum pleb. ei curavit in Ciceronis odium, ſoliti conſpirationem trium virorum criminari, ut periculoſam libertati publicæ: tanto plus commo-

Gallia in quinquennium Cæſari decreta.

Cæſaris filia Pompeio collocata.

σαφῶς προσγεγένητο δι' ἑνὸς πολ
πεύματος. ὁ δὲ καὶ θέας ἐπεδίδου
κυνηγέσια θηρίων, ὑπὲρ δυνά
μιν δανειζόμενος ἐς ἅπαντας, καὶ
προτέρας πάνθ' ὑπερβάλλων πα
ρασκευῇ καὶ χορηγίᾳ καὶ δόσεσι λαμ
πραῖς, ἐφ' οἷς αὐτὸν εἵλοντο Γα
λατίας τῆς τε ἐντὸς Ἄλπεων καὶ ὑπὲρ
Ἄλπεις ἐπὶ πενταετὲς ἄρχειν,
ἐς τὴν ἀρχὴν ἔδοσαν τέλη στρατ
τέσσαρα. ὁ δὲ, καὶ τὴν ἀποδημί
οἱ χρόνιον ὁρῶν ἐσομένην, καὶ τ
φθόνον ὡς ἐπὶ μεγίστοις δὴ τοῖς δ
δομένοις μείζονα, Πομπηΐῳ μὲν ἐξέ
γνυ τὴν θυγατέρα, καίπερ ὄντι
Σκιπίωνι, δεδιὼς μὴ καὶ φίλος
ἐπιφθονήσειε τῷ μεγέθει τῆς εὐδαιμο
νίας, τοὺς δὲ θρασυτάτους τῶν στα
σιωτῶν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ μέλλοντος
ἔτους. καὶ ὕπατον μὲν ἀπέφηνεν Αὐ
λον Γαβίνιον, φίλον ἑαυτοῦ, Λευ
κίου δὲ Πείσωνος, τοῦ σὺν ἑαυτ
μέλλοντος ὑπατεύσειν, τὴν θυγα
τέρα Καλπουρνίαν αὐτὸς ἤγετο· βο
ῶντος Κάτωνος διαμαστροπεύεσ
γάμοις τὴν ἡγεμονίαν· δημάρχους
δὲ ᾕρειτο Οὐατίνιόν τε καὶ Κλώδι
τὸν Καλὸν ἐπίκλην· ὅντινα αἰσχρ
ἐν ἱερουργίᾳ γυναικῶν ποτὲ λαβοῦ
τα ὑπόνοιαν ἐπὶ Ἰουλίᾳ τῇ Καίσα
ρος αὐτοῦ γυναικὶ, ὁ μὲν Καῖσα
οὐκ ἔκρινεν, ὑπεραρέσκοντα τῷ δή
μῳ, καίπερ ἀποπεμψάμενος τὴ
γυναῖκα, ἕτεροι δὲ διὰ τὴν ἱερουρ
γίαν ἐς ἀσέβειαν ἐδίωκον. καὶ συνη
γόρευε τοῖς διώκουσιν ὁ Κικέρων,
κληθεὶς ἐς μαρτυρίαν ὁ Καῖσαρ
κατεῖπεν, ἀλλὰ καὶ τότε δήμαρχο
ἐς ἐπιβουλὴν τοῦ Κικέρωνος ἀπέφη
νε, διαβάλλοντος ἤδη τὴν συμφρο
σύνην τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἐς μοναρ
χίαν· οὕτω καὶ λύπης ἐκράτουν ὑπὸ

χρείας

χρείας, καὶ τῶν ἐχθρῶν εὐηργέτου ἐς ἀμύναν ἑτέρου. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Κλώδιος ἀμείψασθαι πρότερος τὸν Καίσαρα, καὶ συλλαβεῖν ἐς τὴν τῆς Γαλατίας ἀρχήν. τοσάδε μὲν δὴ Καῖσαρ ὑπατεύων ἔπραξε, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέμενος, ἐπὶ τὴν ἑτέραν εὐθὺς ἐξῄει.

Κικέρωνα δὲ γράφεται Κλώδιος παρανόμων, ὅτι περὶ δικαστηρίου τοὺς ἀμφὶ Λέντλον καὶ Κέθηγον ἀνέλοι. ὁ δ' ἐς τὸ ἔργον ἐκεῖνο γενναιοτάτῳ λήμματι κεχρημένος, ἀσθενέστατος ἐς τὴν δίκην ἐγίγνετο· καὶ ταπεινὴν ἐσθῆτα ἐπικείμενος, γέμων τε αὐχμοῦ καὶ ῥύπου προσέπιπτεν οἷς ἐντύχοι κατὰ τοὺς στενωπούς, οὐδὲ τοῖς ἀγνῶσιν ἐνοχλεῖν αἰδούμενος· ὥστε αὐτῷ τὸ ἔργον, διὰ τὴν ἀπρέπειαν, ἀπὸ οἴκτου μεταπίπτειν ἐς γέλωτα· ἐς τοσοῦτο δειλίας περὶ μίαν οἰκείαν δίκην κατέπεσεν, ὃς τὸν ὅλον βίον ἐν ἀλλοτρίαις ἐξήταστο λαμπρῶς. οἷόν τι καὶ Δημοσθένη φασὶ τὸν Ἀθηναῖον οὐδ' ὑποστῆναι τὴν ἑαυτοῦ δίκην, ἀλλὰ πρὸ τοῦ ἀγῶνος φυγεῖν. Κλωδίου δὲ καὶ τὰς παρακλήσεις αὐτοῦ σὺν ὕβρει διακόπτοντος ἐν τοῖς στενωποῖς, ἀπέγνω πάνθ' ὁ Κικέρων· καὶ ἔφευγεν ἑκούσιος καὶ ὅδε φυγήν, καὶ φίλων αὐτῷ πλῆθος συνεξῄει· καὶ ἡ βουλὴ συνίστη τὸν ἄνδρα πόλεσί τε καὶ βασιλεῦσι καὶ δυνάσταις· Κλώδιος δ' αὐτοῦ τὴν οἰκίαν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐπικατέσκαψεν. ἐπαιρόμενός τε ἐπὶ τῷδε, ἀντιπαρεβάλλετο ἤδη καὶ Πομπηΐῳ τὸ μέγιστον ἐν

ditas quàm offenſio poterat, ut non gravatim inimicorum alteri noxam remitteret, modò ulciſceretur injuriam illatam ſibi ab altero. Videtur tamen Clodius prior gratiam retuliſſe Cæſari, adjuto in petitione Galliæ provinciæ. Hæc fuerunt acta Cæſaris conſulis, qui mox depoſito magiſtratu, in Galliam proconſul profectus eſt.

Ciceroni dies dicta.

In urbe verò Clodius Ciceroni diem dixit, quòd contra leges publicas indemnatos ſuſtuliſſet Cethegum & Lentulum. Is quàm magno animo egregium illud facinus peregerat, tam abjecto tulit intentari ſibi judicium, ſordidatus pullatúſque obvios ſuppliciter in auxilium ſolicitans, non veritus ignotis quoque hac de cauſa negotium faceſſere: adeo nullo reſpectu decori, ut dum miſerabilis videri vult, ridiculus fieret. Eò timiditatis in propria cauſa prolapſus eſt, qui per omnem vitam in alienis ſumma cum laude verſatus fuerat: id quod & Athenis Domoſtheni accidiſſe fertur, ut qui alios reos fortiter tutatus fuerat, ipſe reus profugere, quàm in judicio de ſalute certare, maluerit. Quum enim Clodius preces etiam ejus contumelioſè per vias interrumperet, rebus omnino deſperatis, ſponte decrevit ſolum vertere, amicorum turba proſequente, commendatum publicè quoque datis à ſenatu ad reges reguloſque literis. Tum Clodius ædes ejus villáſque diruit inſuper. quo facto in tantum ſibi placebat, ut parem ſe putaret Pompeio, tunc

Ciceronis abjectus animus & timidus.

Demoſthenis timiditas.

Ciceronis exilium.

in urbe potentiſſimo. Quamobrem ille Milonem, ejus collegam, ſed audaciore ingenio virum, ſpe conſulatus propoſita aſcivit ſibi contra Clodium, juſſum aperire plebiſcito Ciceroni reditum, ratus illum reverſum non amplius verba facturum de præſenti reip. ſtatu, memorem beneficii recentis, & paratum adverſarium Clodio. Atque ita

Ciceroni reditus ut paratus.

437 exul opera Pompeii, ejuſdem favore in patriam reſtitutus eſt, menſe fermè ſextodecimo poſtquam diſceſſerat, ædibus quoque villiſque inſtauratis ſumptu publico. Redeuntem ad portas exceperunt tot gratulatorum officia, ut vix integer dies ſufficeret: quemadmodum olim Demoſthenes ab exilio revertens exceptus eſt.

Interea Cæſar rebus in Gallia Britanniâque geſtis clariſſimus, quas in rebus Gallicis diximus, jam divitiis differtus venit in Ciſalpinam Galliam, ut poſt continua bella exercitus aliquantiſper quieſceret: unde quum multis in Urbem multas miſiſſet pecunias: & annui po. Ro. magiſtratus ad ſalutandum occurrerunt, & alii provinciis aut exercitibus præpoſiti, ut aliquando c x x. faſces circa eum ſpectarentur: ſenatores verò plures ducentis, pars referentes gratiam, pars pecuniam ſibi ab illo quærentes, aut aliud hujuſmodi beneficium: jam enim unus omnia poterat, ſubnixus tantis copiis pecuniiſque,

τῇ πόλει κράτος ἔχοντι. ὁ δὲ Μίλωνα, τὸν σὺν τῷ Κλωδίῳ τὴν δημαρχίαν παραδεδεγμένον, θρασύτερον ὄντα τοῦ Κλωδίου, ἐς ὑπατείαν ἐπήλπιζε· καὶ εἴληφεν ἐπὶ τὸν Κλώδιον, καὶ ψηφίσασθαι τῷ Κικέρωνι κάθοδον ἐκέλευεν· ἐλπίσας τὸν Κικέρωνα ἐλθόντα, περὶ μὲν τῆς παρούσης πολιτείας οὐκέτι φθέγξεσθαι, μεμνημένον οἷα ἔπαθε, δίκας δὲ καὶ πράγματα ἐποίσειν τῷ Κλωδίῳ. Κικέρων μὲν δὴ διὰ Πομπήϊον ἐκπεσὼν, διὰ Πομπήϊον κατῄει, ἑκκαιδεκάτῳ μάλιστα μηνὶ τῆς ἐξελάσεως· καὶ αὐτῷ τὴν οἰκίαν ἢ τὰς ἐπαύλεις ἀνίστη τέλεσι κοινοῖς· λαμπρῶς δ' αὐτὸν περὶ τὰς πύλας ὑποδεχομένων πάντων, φασὶ περὶ τὰς δεξιώσεις τὴν ἡμέραν ὅλην (οἷόν τι καὶ Δημοσθένους συνέβη κατιόντι) ἀναλῶσαι.

Ὁ δὲ Καῖσαρ ἔν τε Κελτοῖς καὶ Βρεττανοῖς πολλὰ καὶ λαμπρὰ εἰργασμένος, ὅσα μοι περὶ Κελτῶν λέγοντι εἴρηται, πλούτου γέμων ἐς τὴν ὅμορον τῇ Ἰταλίᾳ Γαλατίαν, τὴν ἀμφὶ τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν, ἧκεν, ἐκ συνεχοῦς πολέμου τὸν στρατὸν ἀναπαύσων ἐπ' ὀλίγον. ὅθεν αὐτῷ περιπέμποντι ἐς Ῥώμην πολλὰ πολλοῖς χρήματα, αἵ τε ἐτήσιοι ἀρχαὶ παρὰ μέρος ἀπήντων, καὶ οἱ ἄλλως ἐπιφανεῖς ἐς ἡγεμονίας ἐθνῶν ἢ στρατοπέδων ἐξήεσαν. ὡς ἑκατὸν μέν ποτε καὶ εἴκοσι ῥάβδους ἀμφ' αὐτὸν γενέσθαι, βουλευτὰς δὲ πλείους διακοσίων· τοὺς μὲν, ἀμειβομένους ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων, τοὺς δὲ χρηματιουμένους, τοὺς δ' ἄλλο τι τοιουτότροπον αὐτοῖς ἐξεργασομένους. πάντα γὰρ ἤδη διὰ τούτου ἐπράσσετο, στρατιᾶς τε πολλῆς ὄντι ἐγκρατεῖ, καὶ δυ-

νάμεως

μεως χρημάτων, καὶ σπουδῆς ἐς
πάντα φιλανθρώπου· ἀφίκοντο δ'
τῷ καὶ Πομπήϊος καὶ Κράσσος οἱ
ινωνοὶ τῆς δυναστείας· καὶ αὐτοῖς
υλευομένοις ἔδοξε Πομπήϊον μὲν καὶ
ράσσον αὖθις ὑπατεῦσαι, Και-
ρι δ' ἐς ἡγεμονίαν ὧν εἶχεν ἐθνῶν
λλην ἐψηφίσθαι πενταετίαν· ὧ-
μὲν ἀπ' ἀλλήλων διεκρίθησαν.
ομιτίῳ δ' ἐς τὴν ὑπατείαν ἀν-
παραγγέλλε Δομίτιος Αἰνόβαρβος·
τῆς κυρίας ἡμέρας ἄμφω κατήε-
σαν ἔτι νυκτὸς ἐς τὸ πεδίον ἐς τὴν
ειροτονίαν. τῶν ἀμφ' αὐτοὺς ἐρίδες
ων, καὶ συνεπλέκοντο, μέχρι τις
Δομιτίου δᾳδοῦχον ἐπάταξε ξί-
ει. καὶ φυγὴ μετὰ τοῦτο ἦν, Δομί-
ς τε αὐτὸς ἐς τὴν οἰκίαν διεσώζε-
μόλις, καὶ Πομπηΐου τὴν ἐσθῆτα
νὲς ἡμαγμένην ἔφερον οἴκαδε· πα-
τοσοῦτον ἑκάτερος ἦλθε κινδύ-
. αἱρεθέντες δ' οὖν ὕπατοι Κράσ-
ος τε καὶ Πομπήϊος, Καίσαρι μὲν
ὥσπερ ὑπέστησαν) τὴν ἑτέραν πεν-
ταετίαν προσεψηφίσαντο· τὰ δὲ ἔ-
θνη διακληρούμενοι καὶ στρατιὰν ἐπ'
αὐτοῖς, ὁ μὲν Πομπήϊος εἵλετο Ἰ-
βηρίαν τε καὶ Λιβύην· καὶ ἐς τάσδε
ς φίλους περιπέμπων, αὐτὸς ὑπ-
έμεινεν ἐν Ῥώμῃ· ὁ δὲ Κράσσος
υρίαν τε καὶ τὰ Συρίας πλησίον
πιθυμίᾳ πολέμου πρὸς Παρθυαίους,
ς εὐχεροῦς δὴ καὶ ἐνδόξου καὶ ἐπικερ-
οῦς· ἀλλὰ τῷδε μὲν ἐξιόντι τῆς πό-
ιως πολλά τε ἄλλα ἀπαίσια, καὶ
δήμαρχοι προηγόρευον μὴ πολε-
εῖν Παρθυαίοις, οὐδὲν ἀδικοῦσιν· οὐ
πειθομένῳ δὲ δημοσίας ἀρὰς ἐπη-
ρῶντο, ὧν ὁ Κράσσος οὐ φροντίσας
πώλετο ἐν τῇ Παρθυηνῇ, σύν τε
παιδὶ ὁμωνύμῳ καὶ αὐτῷ στρατῷ· μύ-

& alioqui ad bene merendum promptiſſimus. Inter ceteros ſalutatores fuerunt Pompeius & Craſſus potentiæ ſocii. Ibi in commune conſultantibus placuit hos duos rurſum creari conſules, Cæſari imperium prorogari in aliud quinquennium: atque ita digreſſi ſunt. Pompeio verò competitor extitit Domitius Ænobarbus: & ubi dies præſtituta adfuit, ambo ante lucem in campum deſcenderunt ad comitia, exortáque altercatione ad manus ventum eſt. In ea rixa is qui Domitio facem præferebat, percuſſus eſt gladio: tantáque mox circa ipſum fuga fuit, ut ægrè ſe domum reciperet, Pompeii quoque veſte cruenta, domum remiſſa: tam propinquus fuit uterque periculo. Novi conſules Craſſus & Pompeius juxta pollicita Cæſari decreverunt aliud quinquennium, ipſi provincias cum exercitibus ſortiti ſunt: Pompeius Hiſpaniam & Africam, quas per amicos rexit, ipſe manens in Urbe: Craſſus Syriam & regiones ei finitimas, bellum Parthicum cogitans, ut facile, nec minus glorioſum quàm utile. Sed huic urbem egredienti multa mala obvenerunt omina, interdicentibus & tribuniſplebis ne Parthis bellum inferret nulla laceſſitus injuria: qua re quum ille nihil moveretur, publicis execrationibus eum diris devoverunt: quibus omnibus contemptis periit

Craſſus & Pompeius coſſ.

438

Craſſi expeditio in Parthos, & ejus interitus.

n Parthico ſolo, unà cum exercitu & ejuſdem nominis filio:

nam ex centum millibus vix decem millia refugerunt in Syriam. Verùm hæc Craſſi clades dicetur in rebus Parthicis.

At populus Romanus fame preſſus, Pompeium annonæ præfecit, eique, ſicut prius in bello Piratico, viginti ex ſenatu miniſtros addidit: quibus ille circa provincias dimiſſis, brevi urbem replevit omnigenis copiis rerum ad victum pertinentium: & hinc quoque auctus eſt, tam gloria quàm potentia. Eodem tempore & Julia prægnans ex Pompeio, moritur: unde metus omnes invaſit, fore ut ſublata affinitate Cæſar & Pompeius mox inter ſe conflictarentur totis exercitibus, quòd jamdudum turbatæ eſſent rationes reipublicæ. Nam & magiſtratus per factiones largitionéſve, improbis ſtudiis, interdum ſaxis etiam gladiíſque acquirebantur, & largitiones nullo pudore cohibente frequentabantur, & populus venales in comitiis præbebat operas: denique inventus eſt qui DCCC talenta per ambitionem apud ſequeſtros deponeret. Præterea ſingulorum annorum conſulibus nulla ſpe relicta bellandi aut ductandi exercitum, quòd excluderentur triumvirorum potentia, qui deteriores erant, lucra captabant ex pecunia publica, aut ſucceſſorum ſuorum deſignationibus: boni verò his de cauſis in univerſum à magiſtratibus abſtinebant, ut ſtatu tam perturbato reſpublica per octo menſes aliquando magiſtratu caruerit, Pompeio ad omnia

Juliæ interitus.

Magiſtratus Romæ qua arte parati.

Reſp. Romana octo menſes ſine magiſtratu.

εἰσὶ γὰρ οὐδ' ἐντελεῖς ἐκ δέκα μυριάδων ἐς Συρίαν διέφυγον. ἀλλὰ τὴν μὲν Κράσσου συμφορὰν ἡ Παρθικὴ δηλώσει γραφή.

δεσπόταις, ἢ διαδόχοις αὐτ-
ἀπέδωκε δὲ καὶ Σικελιώταις· ὅσους
οὐκ ἦν ὁ ληψόμενος, ἔκτεινε π-
ρὰ ταῖς πόλεσιν αὐταῖς ὧν ἀπ-
δρασαν.

Τοῦτο δὲ τῶνδε τότε στάσεων ἐδό-
κει τέλος εἶναι, καὶ ἦν ὁ Καῖσ-
ἐτῶν ἐς τότε ὀκτὼ καὶ εἴκοσι, καὶ α-
τὸν αἱ πόλεις τοῖς σφετέροις θε-
συνίδρυον. λῃστευομένης δὲ κατὰ συσ-
τάσεις τῆς τε Ῥώμης αὐτῆς, καὶ τ-
Σικελίας περιφανῶς, καὶ τῆς γιγν-
μένων ἁρπαγῆς μετὰ τόλμης, ἢ λ-
στείᾳ λανθανούσῃ μᾶλλον ἐοικότω-
Σαβῖνος ὑπὸ Καίσαρος αἱρεθ-
εἰς διόρθωσιν, πολὺν μὲν εἰργάσα-
φθόρον τῶν ἁλισκομένων, ἐνιαυτῷ δ-
ὅμως εἰς εἰρήνην ἀφύλακτον ἀπε-

ε προσήγαγε, καὶ ἐξ ἐκείνου φασὶ
παραμεῖναι τὸ τῆς στρατείας τῶν νυ-
κτοφυλάκων ἔθος τε καὶ εἶδος. θαυ-
μαζόμενος δὲ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τῷδε,
έως οὕτως ἐξ ἀδοκήτου διορθουμέ-
ν, πολλὰ τῆς πολιτείας ἐφίει τοῖς
ησίοις ἄρχουσι διοικεῖν κατὰ τὰ πά-
ια, καὶ γραμματεῖα ὅσα τῆς στά-
ως σύμβολα ἔκαιε, καὶ τὴν ἐντε-
ῆ πολιτείαν ἔλεγεν ἀποδώσειν, εἰ
παραγένοιτο ἐκ Παρθυαίων Ἀντώ-
νιος· πείθεσθαι γὰρ κἀκεῖνον ἐθέλειν
ποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, τῶν ἐμφυλίων
καταπεπαυμένων, ἐφ' οἷς αὐτὸν εὐ-
ημοῦντες, εἵλοντο δήμαρχον ἐς
ιεὶ, διηνεκεῖ ἄρα ἀρχῇ προτρέ-
οντες τῆς προτέρας ἀποστῆναι, ὁ δὲ
έξατο μὲν καὶ τήνδε· Ἀντωνίῳ δὲ
ὃ ἑαυτοῦ περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπέστελλεν,
δὲ καὶ Βίβλον ἀπιόντα πρὸς αὐτὸν,
ντυχεῖν ἐδίδασκεν· ἐς δὲ τὰ ἔθνη
ὺς ἡγεμόνας αὐτὸς ὁμοίως ἔπεμπε,
ἐς Ἰλλυριοὺς ἐπενόει συστρατεύειν.
Πομπήϊος δ' ἐκ μὲν Σικελίας ἄ-
ρα Λακινίᾳ προσέσχε, καὶ τὸ ἱερὸν
ῆς Ἥρας πλουτοῦν ἀναθήμασιν ἐ-
ύλησε, φεύγων ἐς Ἀντώνιον, ἐς δὲ
Μιτυλήνην καταχθεὶς, διέτριβεν,
ἔνθα αὐτὸν ἔτι παῖδα μετὰ τῆς μη-
τρὸς ὑπεξέθετο ὁ πατὴρ Γαΐῳ Καί-
σαρι πολεμῶν, καὶ ἡττηθεὶς ἀνέ-
λαβεν. Ἀντωνίου δὲ πολεμοῦντος
ἐν Μηδίᾳ Μήδοις τε καὶ Παρθυαί-
οις, γνώμην ὁ Πομπήϊος ἐποιεῖτο
αὐτὸν ἐπανελθόντι ἐπιτρέψαι· ἐ-
πεὶ δ' ἐπύθετο ἡσσῆσθαι Ἀντώνιον,
ἢ τὸ συμβὰν ἡ φήμη ὁμοίως μετ-
έφερεν, αὖθις ἦν ἐν ἐλπίσιν ὡς
ἢ διαδεξόμενος Ἀντώνιον εἰ τέ-
θνηκεν, ἢ μεριούμενος ἐπανελθόν-

bus. Et ex illo tempore inſtitutas ajunt cohortes vigilum, quæ durant nunc quoque. Id tam opportunum & opinione citius remedium, Cæſari egregiam exiſtimationem peperit, qui pleraque ad rempub. pertinentia, more majorum adminiſtrabat per magiſtratus annuos: exurebátque literas omnes ſcriptas belli tempore, promittens ſe reſtiturum rempub. quàm primum rediſſet Antonius: compertum enim ſibi, velle & illum deponere magiſtratum ceſſantibus bellis civilibus. Quapropter fauſtis exceptus acclamationibus, tribunitiam poteſtatem accepit in perpetuum, ceu invitatus hoc honore ad priorem deponendum: qua de re privatim ſcripſit Antonio. Ille diſcedenti Bibulo mandata dedit ad eum: & in provincias præſides miſit ſimiliter, cogitavitque ſocius expeditionis Illyricæ fieri. At Pompeius è Sicilia fugiens, ad Lacinium promontorium appulit, ubi ſanum Junonis votivis donariis dives ſpoliavit, petens Antonium: delatúſque Mitylenen, ibi egit aliquantiſper, ubi etiam tum puerum cum matre depoſuerat pater bellum gerens cum Cæſare, victúſque inde recepit eum. Et quia bellum in Media cum Medis Parthíſque Antonius gerebat, Pompeius ſtatuerat reverſo in fidem ſe committere: ſed ubi victum audivit, & conſtans fama idem ferebat, rurſum ſpem concepit, aut ſucceſſurum ſe in univerſam defuncti potentiam, aut ſaltem in partem ejus recipiendum, obverſante

Cohortes vigilum inſtitutæ.

Cæſar literas belli tempore ſcriptas exurit.

747

Lacinium promontorium.

Pompeii expectationes.

verſante animo recenti exemplo. Labieni qui Aſiam incurſaverat. His conſiliis occupato nuntiatur Antonius rediſſe Alexandriam: proinde ad utrunque viam ſibi muniens, per legationes offerebat ſe illi amicum & ſocium: revera hoc tantùm agens ut res ejus exploratas haberet. interim ad Thraciæ Pontíque dynaſtas alios legatos clam mittebat, cogitans, ſi poſtulata non impetraret, per Pontum fugere in Armeniam: nam & ad Parthos miſit, ſperans ad bellum nondum confectum adverſus Antonium libenter ſe duce uſuros Romano viro, eóque Magni filio, ſimúlque naves parabat, & ſocios navales exercebat, metum à Cæſare ſimulans, aut parari hæc in uſum Antonii. Sed ille quamprimum audivit de Pompeii conatibus, ducem adverſus eum deſignavit Titium, ut claſſe ac exercitu accepto è Syria, Pompeio bellum molienti reſiſteret totis viribus: quod ſi in fidem Antonii mallet recipi, adduceret eum honorificè. Legatorum Pompeii hæc fuit poſtulatio, Miſſi ſumus à Pompeio, non quòd in Hiſpaniam, ſi bellum

Titius contra Pompeium ab Antonio dux deſignatus.

748

Legatio Pompeii

π, ἐνθύμιός τε οἱ συνεχὲς Λαβι-
ηνὸς οὐ πρὸ πολλοῦ τὴν Ἀσί[αν] ἐ-
πιδραμών· ὧδε δ' ἔχοντι ἀγγέλ-
Ἀντώνιος εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελ-
θὼν, καὶ τεχνάζων ἔτι ἐπ' ἀμφότε-
ρα, διεπρεσβεύετο πρὸς αὐτὸν ἐπι-
τρέπων ἐκείνῳ, καὶ φίλον εἶναι δι-
δοὺς καὶ σύμμαχον, ἔργῳ δὲ τὰ Ἀν-
τωνίου κατασκεπτόμενος· ἔς τε Θρᾳ-
κῶν καὶ ἐς τὸν Πόντον ἔπεμπεν ἑ-
τέρους κρύφα πρὸς τοὺς ἑκατέρωθι δυ-
νάστας, ἐπινοῶν, εἰ μὴ κρατεῖ τῶν
ἐνθυμουμένων, διὰ τοῦ Πόντου φυ-
γεῖν ἐς Ἀρμενίαν· ἔπεμπε δὲ καὶ ἐς
Παρθυαίους, ἐλπίσας ἐς τὰ λοιπὰ
τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀντώνιον αὐτοὺς
δέξασθαι προθύμως στρατηγὸν, Ῥω-
μαῖόν τε, καὶ παῖδα Μάγνου μά-
στα, τάς τε ναῦς ἐσκεύαζε, καὶ τὸν
ἐν αὐταῖς στρατὸν ἐγύμναζεν, ὑπο-
κρινόμενος ἢ δεδιέναι Καίσαρα ἢ
Ἀντωνίῳ τάδε παρασκευάζειν. ὁ δ'
Ἀντώνιος πυθόμενος μὲν εὐθὺς ἀμ-
φὶ τοῦ Πομπηΐου, στρατηγὸν ἐπ'
αὐτὸν Τίτιον ᾕρητο, καὶ ναῦς καὶ
στρατὸν ἐκ Συρίας λαβόντα ἐκέ-
λευε, πολεμοῦντι μὲν τῷ Πομπηΐῳ
πολεμεῖν κατὰ κράτος, ἐπιτρέποντα
δὲ αὐτὸν Ἀντωνίῳ, μετὰ τιμῆς ἄ-
γειν. ἐλθοῦσι δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἐχρη-
„ μάτιζον ἀγγέλλουσιν οὕτως, Ἡμᾶς
„ Πομπήϊος ἔπεμψεν οὐχ ὡς ἀπο-
„ μὲν ἐς Ἰβηρίαν, εἰ πολεμεῖν
„ γνώ-

Ἐλθοῦσι δὲ τοῖς πρέσβεσιν ἐχρημάτιζον ἀγγέλλουσιν οὕτως.] Videri po[tes] ambo interpretes, aliam lectionem ſequuti. Pro his enim apud P. Ca[n]dum iſta legimus, *Legati à Pompeio venientes his verbis feruntur uſi.* Apud [Ge]lenium autem hæc, *Legatorum Pompeii hæc fuit poſtulatio.* Ego tamen lectio[]nem noſtram eſſe germanam exiſtimo, & mendo carere, ſi modò quis ἐχρη-μάτιζον in ἐχρημάτιζεν mutet, quum nominativus Ἀντώνιος ſubaudiri [de]beat. *Quum autem* (inquit) *legati advenissent, Antonius cum iis egit, ita* [le]*gationem ſuam exponentibus.*

A

γνώμῃ, διαπλεύσῃ, φιλίαν οὖσαν αὐτῷ πατρόθεν, καὶ συλλαβοῦσαν ἔτι ὄντι νεωτέρῳ, καὶ καλοῦσαν ἐπὶ ταῦτα καὶ νῦν· αἱρούμενος δὲ εἰρηνεύειν τε σὺν σοί, καὶ πολεμεῖν εἰ δεήσειεν ὑπὸ σοὶ καὶ τόδε οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἔτι κρατῶν Σικελίας, καὶ τὴν Ἰταλίαν πορθῶν, ὅτε σοὶ τὴν σὴν μητέρα περισώσας ἔπεμπε, προὔτεινε· καὶ εἰ ἐδέξω, οὔτ' ἂν ὁ Πομπήϊος ἐξέπεσε Σικελίας· (οὐ γὰρ ἂν Καίσαρι τὰς ναῦς κατ' αὐτοῦ παρέσχες) οὔτ' ἂν σὺ ἡττήσω ἐν Παρθυαίοις, Καίσαρός σοι τὸν στρατὸν οὐ πέμψαντος ὃν συνέθετο· ἐκράτεις δ' ἂν ἤδη πρὸς οἷς εἶχες καὶ τῆς Ἰταλίας· οὐ δεξαμένου δέ σε ταῦτα, ἐν καιρῷ τότε μάλιστα ἄν σοι γενόμενα, ἀξιοῖ καὶ νῦν μὴ πολλάκις ὑπὸ Καίσαρος ἐνεδρευθῆναι λόγοις τε καὶ τῷ γινομένῳ κήδει, μνημονεύοντα ὅτι Πομπηΐῳ τε κηδεύων μετὰ συνθήκας ἐπολέμησεν ἄνευ προφάσεως, καὶ Λέπιδον κοινωνὸν ὄντα τῆς ἀρχῆς τὸ μέρος ἀφείλετο, καὶ οὐδετέρου αὐτῶν ἐνείματό σοι, λοιπὸς δ' ἐς τὴν περιπόθητον αὐτῷ μοναρχίαν σὺ νῦν ὑπολείπῃ· ἤδη γάρ σοι καὶ ἐν χερσὶν ἦν, εἰ μὴ Πομπήϊος ἔτι ἦν ἐν μέσῳ· καὶ τάδε εἰκὸς μὲν καὶ σὲ προορᾶν ἐπὶ σεαυτοῦ· προφέρει δέ σοι καὶ Πομπήϊος ὑπὸ εὐνοίας, αἱρούμενος ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ μεγαλόφρονα ἀντὶ ὑπούλου τε καὶ δολεροῦ καὶ φιλοτέχνου· οὐδὲ ἐπιμέμφεταί σοι τῆς δόσεως τῶν νεῶν ἃς ἐπ' αὐτὸν Καίσαρι ἔδωκας ὑπ' ἀνάγκης, ἀντιλα-

placeret, non pateat curſus, provinciam ei conjunctam paterna amicitia: quæ juniorem etiam tum favore proſecuta, nunc quoque polliceatur operam: ſed quia vel tecum frui pace mavult, vel tuis auſpiciis (ſi res ita ferat) bellum gerere: quod conſilium non novum eſt, ſed jamdudum quum obtineret Siciliam, & popularetur Italiam, matre tibi ſervata remiſſáque invitatus es ad amicitiam. Quam ſi admiſiſſes, nec Pompeius ejectus eſſet è Sicilia (non enim claſſem præbuiſſes contra eum) neque tu victus fuiſſes in Parthia, Cæſare non mittente exercitum ex fœdere: imò etiam Italiam ſub tuam poteſtatem redegiſſes. Attamen quantumvis neglectus opportuno tempore, nunc quoque poſtulat ne toties verbis & affinitate illudi tibi patiaris & inſidias fieri: memor Pompeium quoque poſt fœdus ſine cauſa bello appetitum à Cæſare, & Lepidum imperii conſortem, portione ſua privatum, nec ad te quicquam rediiſſe ex utraque illa victoria. Nunc ſolus obſtas quominus potiatur dudum concupita monarchia: jam enim digladiaremini ſi Pompeius non fuiſſet in medio. Hæc quum ipſe providere debeas, tamen pro ea qua te proſequitur benevolentia, mavult viri ſimplicis & magnanimi amicitiam, quàm ſubdoli, fucati, verſipelliſque: nec iniquè fert naves ei commodatas à te neceſſitate coacto quum opus haberes contra Parthos exercitu:

ad Antonium.

ſed

ſed admonet quantum obfuerit non miſſus exercitus. Et ut compendio rem audias, Pompeius ſe in tuam fidem committit cum navibus quas adhuc habet, cúmque fidiſſimo exercitu, qui ne fugientem quidem deſtituit: in pace allaturus tibi egregiam laudem, ſi Magni filium ſervaveris: quòd ſi bellum, quod inſtare videtur, gerendum ſit, futurus non aſpernanda tuæ partis acceſſio.

749 Antonius his auditis, aperuit legatis mandata quæ dederat Titio: reſpondítque, ſi ex animo hæc offerret Pompeius, venturum ipſum deducente Titio. Interea qui à Pompeio ad Parthos miſſi fuerant, comprehenſi ab Antonianis ducibus, perducti ſunt Alexandriam. Ex his ubi ſingula cognovit Antonius, accitis Pompeii legatis, captos illos eis oſtendit, qui excuſabant hominem juvenem in extrema calamitate conſtitutum, metuentem ne repulſam pateretur ab illo, coactum tentare vel infenſiſſimarum pop. Rom. gentium animos. quòd ſi compertam habuerit mentem Antonii, nihil opus fore aliis ſolicitationibus &

Legati ad Parthos à Pompeio miſſi ab Antonio comprehenduntur.

„ βεῖν στρατὸν ἐς Παρθυαίους δε
„ νος, ἀλλ' ὑπομιμνήσκει,
„ οὐ πεμφθέντα στρατὸν προφέρ
„ συνελόντι δὲ εἰπεῖν, Πομπήϊ
„ ἑαυτὸν ἐπιτρέπει σοι μετὰ τῶν
„ ἃς ἔτι ἔχει, καὶ τοῦ στρατοῦ πι
„ πιστοῦ γε ὄντος αὐτῷ, καὶ
„ τῇ φυγῇ καταλιπόντος,
„ νοῦντι μὲν μέγα κλέος, εἰ τὸν
„ Μάγνου παῖδα περισώζοις,
„ λεμοῦντι δὲ μοῖραν ἱκανὴν
„ τὸν ἐσόμενον πόλεμον ὅσον
„ παρόντα.

Τοιαῦτα τῶν πρέσβεων εἰπόντων,
ὁ Ἀντώνιος τὰς ἐντολὰς αὐτοῖς
φερεν, ἃς ἐνετείλατο Τιτίῳ,
τῷ ὄντι ταῦτα φρονοίη Πομπήϊ
ἥξειν αὐτὸν ἔφασκε παραπεμπ
νον ὑπὸ Τιτίου. ἅμα δὲ ταῦτα
γίνετο, καὶ οἱ πεμφθέντες ἐς Π
θυαίους ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου,
φθησαν ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατη
καὶ ἐς Ἀλεξάνδρειαν ἤχθησαν·
Ἀντώνιος ἕκαστα μαθὼν, ἐκαλ
τοὺς τοῦ Πομπηΐου πρέσβεις, καὶ
ληφθέντας αὐτοῖς ὑπεδείκνυεν·
καὶ ὡς παρῃτοῦντο νέον ἄνδρα
συμφοραῖς ἐσχάταις, ὑπὸ δέους
ἄρα μὴ προσοῖτο φιλίως αὐ
Ἀντώνιος, ἀναγκασθέντα καὶ τ
Ῥωμαίοις ἐχθίστων ἀποπειρᾶσ
δηλώσειν τ' αὐτὸν αὐτίκα ὅτε
θοι τὰ Ἀντωνίου, μηδὲν ἔτι πε
ἢ

Ἀλλ' ὑπομιμνήσκει, τὸ οὐ πεμφθέντα στρατὸν προφέρων.] Aliquid ſibi [...]mittit hîc Gelenius, ultra hanc lectionem: quum vertit, *ſed admonet quan[tum] obfuerit non miſſus exercitus*. Sed multo plus circa hunc locum ſibi alter in[ter]pres permittit, (neque enim aliam ſequutum eſſe lectionem puto) & quiſ[...] hoc etiam, ut quæ hîc de non miſſo exercitu dicuntur, cnm ſequenti[...]riodo connectat: quum tamen ſententiam omnino ab his ſeparatam c[on]tineat.

Ἐς τὸν ἐσόμενον πόλεμον ὅσον οὔπω παρόντα.] Particulam καὶ ante [...] οὔπω deſiderari puto.

μηχανῆς ἑτέρας δεόμενον οἷς ὁ Ἀν-
ώνιος ἐπίστευσεν, ὧν καὶ τὰ ἄλλα
ιεὶ τὸ φρόνημα ἁπλοῦς καὶ μέγας
ἄκακος. ἐν τούτῳ δὲ Φούρνιος ὁ τῆς
ἰσίας ἡγούμενος Ἀντωνίῳ τὸν Πομ-
ηΐον ἐλθόντα μὲν καὶ ἀτρεμοῦντα ἐ-
έχετο, οὔτε κωλύειν ἀξιόμαχος ὤν,
τε πω τὴν γνώμην εἰδὼς τὴν Ἀν-
ωνίου· γυμνάζοντα δὲ τὸν στρατὸν ὁ-
ῶν, κατέλεγέ τινας ἐκ τῶν ὑπη-
ίων, καὶ Ἀηνόβαρβον ἄρχοντα γεί-
νος στρατοῦ, καὶ Ἀμύνταν ἑτέρου
ν ἐκάλει κατὰ σπουδήν· συνελθόν-
ων δ' ὀξέως ὁ Πομπήϊος ἐμέμφε-
ι, εἰ πολέμιον ἡγοῦνται τὸν πρέ-
ος ἑαυτὸν ἀπεσταλκότα, καὶ τὰ
αρ' ἐκείνου περιμένοντα. καὶ ταῦτα
έγων, Ἀηνόβαρβον ὅμως ἐπενόει
υλλαβεῖν ἐκ προδοσίας Κουρίου τι-
ς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀηνόβαρβον, ἐλ-
ίζων ἐς ἀντίδοσιν αὐτοῦ μεγάλην
ειν μοῖραν Ἀηνόβαρβον. γνωσθεί-
ς οὖν τῆς προδοσίας, Κούριος μὲν
τοῖς παροῦσι Ῥωμαίων ἐλεγ-
θεὶς, ἀπέθανε· Πομπήϊος δὲ
εόδωρον ἐξελεύθερον, ὃς μόνος οἱ
υνῄδει τὸ βούλευμα ὡς ἐξειπόντα
έκτεινεν· οὐκέτι δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν
ούρνιον λήσειν ἐλπίσας, Λάμψα-
ον ἐκ προδοσίας κατέλαβεν, ἣ
ολλοὺς εἶχεν Ἰταλοὺς ἐξ ἐποικίσεως
αΐου Καίσαρος, καὶ μισθοῖς μεγά-
οις εὐθὺς ἐστράτευε τοὺς Ἰταλούς
ἤδη δὲ ἔχων ἱππέας τε διακοσίους,
αὶ πεζοὺς τρία τέλη, ἐπεχείρησε
υζίκῳ κατά τε γῆν καὶ διὰ θα-
άσσης, οἱ δὲ αὐτὸν ἑκατέρωθεν
πεκρούσαντο· καὶ γάρ τις ἦν ἐν τῇ
υζίκῳ στρατὸς οὐ πολὺς Ἀντωνίῳ,
ύλακες τῶν ἐκεῖ τρεφομένων αὐτῷ
ονομάχων· ἐς δὲ τὸν Ἀχαιῶν λιμέ-

artibus. Id ille credidit, ut homo minimè malitioſus, & ingenio ſimplex ac magnanimus. Interea Furnius ab Antonio præfectus Aſiæ Pompeium pacatè venientem excepit, nec ad arcendum validus, nec compertam habens Antonii ſententiam: ubi verò vidit exerceri ejus milites, delectum habuit ex provincialibus, accivitque Ænobarbum ducem vicini exercitus, Amynta quoque properè vocato in auxilium. Qui ubi celeriter convenerunt, Pompeius querebatur, haberi ſe pro hoſte, quum miſſis legatis reſponſum expectet ab Antonio: nihilominus volebat capere Ænobarbum, prodente ejus familiari Curio, ſperans in eo magnum momentum, ſi incideret permutatio. Sed proditione detecta, Curius in Romanorum conſiſtorio coargutus, dedit ſupplicium: Pompeius verò Theodorum libertum, ſolum ejus conſilii conſcium, quaſi id effutiſſet, interfecit. Et quia deſperabat à ſe falli poſſe Furnium, Lampſacum per proditionem occupavit, ubi habitabant multi nominis Italici, in eam coloniam deducti à C. Cæſare, móxque magnis ſtipendiis ad militiam pelliciebat Italos. Jamque ducentos equites & tres legiones habebat, quum Cyzicum terra marique aggreſſus, utrinque repulſus eſt: erat enim ibi quædam non magna manus Antonianorum militum, gladiatores qui ibi alebantur cuſtodientium. Reverſus igitur in Achæorum portum, frumen-

Antonii ingenium.

Furnius.

Pompeius Ænobarbum capere vult.

Curius ſupplicio affectus.

Theodorus libertus à Pompeio interfectus.

750

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

ſrumentabatur. Quúmque Furnius abſtinens à pugna, ſemper ei caſtra admoveret cum multis equitibus, nec frumentari ſinens, nec urbes occupare, Pompeius caſtra ejus à fronte adortus eſt, circummiſſis clàm qui à tergo idem facerent: quamobrem Furnius in eum verſus, captis à tergo caſtris ejectus eſt.

Pompeii victoria.

Fugientes per Scamandrios campos Pompeius multos occidit: madebat enim campus ab imbribus. qui evaſerunt, receperunt ſe in tutum, impares inſtaurando prælio: quúmque ſupplementum acciperent è Myſia, Propontide, ceteriſque locis, egeni homines exhauſti exactionibus libenter mercede militabant Pompeio, celebri propter partam ad Achæorum portum victoriam. Sed quum egeret equitatu, ac proinde malè mulctaretur in pabulationibus, audivit alam equitum Italicorum ad Antonium iter facere, miſſam ab Octavia hyemante Athenis: móxque miſit qui auro eos corrumperent: hos præſes ab Antonio Macedoniæ præfectus comprehendit, & aurum diſtribuit equitibus.

Pompeius equites Antonio miſſos auro corrumpere nititur.

Pompeius occupatis Nicæa Nicomediáque, pecunias luculentè colligebat, magnis per omnia & inſperatis ſucceſſibus. Ceterùm Furnio non longè ab eo caſtra habenti, primæ è Sicilia vêre ineunte venêre naves ſeptuaginta, quæ ſolæ ex Antonii claſſe Cæſari contra Pompeium commodata ſuperfuerant: fini-

να ἐπανελθὼν, ἐσιτολόγει· Φουρ… δὲ οὐκ ἄρχοντι μὲν χειρῶν, ἀεὶ … αὐτῷ παραστρατοπεδεύοντι σὺν ἱππεῦσι πολλοῖς, καὶ σιτολογεῖν οὐκ ἐῶντι, οὐδὲ προσποιεῖσθαι τὰς πόλεις, ὁ Πομπήϊος ἱππέας οὐκ ἔχων, ἐπεχείρησε τῷ τοῦ Φουρνίου στρατο… δῳ κατὰ μέτωπον, καὶ ἐκ περιου… λαθὼν, ὅθεν ὁ Φούρνιος ἐς τὸ πεδίον ἦν ἐπεστραμμένος, ὑπὸ … ὄπισθεν ἐξεβλήθη τοῦ στρατοπέδου. φεύγοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ Σκαμανδρίου πεδίου διώκων ὁ Πομπήϊος, ἔκτεινε πολλούς· καὶ γὰρ ἦν τὸ πεδίον ὑγρὸν ἐξ ὄμβρων· οἱ δὲ περισωθέντες τότε μὲν ὑπεχώρουν οὐκ ὄντες ἀξιόμαχοι. προσδεχομένων δὲ ἀπὸ Μυσίας καὶ τῆς Προποντίδος καὶ ἑτέρωθεν, οἱ πενόμενοι διὰ τὰς συνεχεῖς εἰσφορὰς, ἐμισθοφόρουν ἀσμένως τῷ Πομπηΐῳ, κατὰ δόξαν μάλιστα τῆς ἐν Ἀχαιῶν λιμένι γενομένης νίκης· ἱππικοῦ δ' ἀπορῶν ὁ Πομπήϊος, καὶ παρ' αὐτὸ βλαπτόμενος ἐν ταῖς προνομαῖς, ἐπύθετο ἴλην ἱππέων Ἰταλικὴν ἐς Ἀντώνιον χωρεῖν, ὑπὸ Ὀκταουΐας χειμαζούσης ἐν Ἀθήναις ἀπεσταλμένην, καὶ εὐθὺς ἔπεμπέ τινας ἐς διαφθορὰν τῆς ἴλης μετὰ χρυσίου· ἀλλὰ τούτους μὲν ὁ τῆς Μακεδονίας ἡγούμενος Ἀντωνίῳ συνέλαβε, καὶ τὸ χρυσίον τοῖς ἱππεῦσι διένειμεν. ὁ δὲ Πομπήϊος Νίκαιάν τε καὶ Νικομήδειαν καταλαβὼν, ἐχρηματίζετο λαμπρῶς, καὶ ἐς μεγάλα ταχέως αὐτῷ πάντα ηὔξετο παρ' ἐλπίδα. Φουρνίῳ δὲ οὐ μακρὰν παραστρατοπεδεύοντι, πρῶται μὲν οὖν ἧκον ἐκ Σικελίας ἦρος ἀρχομένου νῆες ἑβδομήκοντα, ὅσαι περιεσώθησαν ἐξ ὧν Ἀντώνιος ἐκεχρήκει κατὰ Πομπηΐου

Καί-

Καίσαρι· μετὰ γὰρ τὸ Σικελικὸν ἔρ-
γον, αὐτὰς ὁ Καῖσαρ ἀπέλυσεν. ἧ-
κε δὲ καὶ ἐκ Συρίας Τίτιος ἑτέραις
ατὸν εἴκοσι ναυσὶ, καὶ στρατῷ πολ-
λῷ, καὶ κατῆραν ἅπαντες εἰς Προ-
κόννησον. δείσας οὖν ὁ Πομπήϊος,
τὰς ναῦς ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἐρέτας
ὥπλισεν, ὡς ἄμεινον ὁμοῦ πᾶσι
τῇ γῇ συναγωνισομένους. Κάσ-
σιος δὲ ὁ Παρμήσιος, καὶ Νασίδιος,
Σατουρνῖνος, καὶ Θέρμος, καὶ Ἀν-
τίστιος, ὅσοι τε ἄλλοι τῶν ἀξιολόγων
Πομπηΐῳ παρῆσαν φίλοι, καὶ ὁ
μιώτατος αὐτῷ Φάννιος, καὶ ὁ κη-
δεστὴς αὐτοῦ Πομπηΐου Λίβων, ὡς
δον αὐτὸν, οὔτε Τιτίου παρόντος,
τῷ τὰ περὶ αὐτὸν Ἀντώνιος ἐπι-
τέτραπτο, παυόμενον τοῦ πρὸς τὸν ἀ-
είνονα πολέμου, ἀπέγνωσαν αὐ-
τοῦ, καὶ πράξαντες ὑπὲρ ἑαυτῶν πί-
στιν, ἐς Ἀντώνιον μετῆλθον· ὁ δ' ἔ-
ρημος ὢν ἤδη φίλων, ἐς τὰ μεσό-
γεια τῆς Βιθυνίας ἀνεχώρει, λεγό-
μενος ἐς Ἀρμενίους ἐπείγεσθαι, καὶ αὐ-
τὸν νυκτὸς ἀναζεύξαντα ἀφανῶς ἐ-
δίωκεν ὅ τε Φούρνιος καὶ ὁ Τίτιος,
ἐπ' ἐκείνοις Ἀμύντας· συντόνῳ
δρόμῳ περὶ ἑσπέραν καταλαβόν-
τες, ἐστρατοπέδευσαν ἕκαστος ἐφ' ἑ-
αυτοῦ περὶ λόφῳ τινὶ ἄνευ τάφρου
χάρακος, ὡς ἐν ἑσπέρᾳ καὶ κό-
πῳ. ὧδε δὲ αὐτοῖς ἔχουσιν ὁ Πομ-
πήϊος νυκτὸς ἐπέθετο πελτασταῖς
τρισχιλίοις, καὶ πολλοὺς ἔκτεινεν εὐνα-
ζομένους ἔτι καὶ ἀναπηδῶντας· οἱ δὲ
καὶ γυμνοὶ πάμπαν αἰσχρῶς ἔφυγ-
ον. καὶ δοκεῖ τότε ὁ Πομπήϊος ἅ-
παντι τῷ στρατῷ νυκτὸς ἐπελθὼν,
τῆς γε τροπῆς γινομένης ἐπαγα-
γὼν, τάχ' ἂν αὐτῶν ἐντελῶς ἐπι-
κρατῆσαι· νῦν δ' ὁ μὲν, καὶ ταῦτα
οὐ βλάπτοντος, ὑπερεῖδε, καὶ οὐ-

to enim bello Siculo Cæſar eas dimiſit. Venit & è Syria Titius cum aliis centum viginti navibus, & copioſo exercitu omnes appulerunt Proconneſum. Territus igitur Pompeius naves ſuas incendit, remiges armavit, in terra majori uſui futuros cum ceteris. At Caſſius Parmenſis, Naſidius, Saturninus, Thermus, Antiſtius, aliíque honorati amici Pompeii, & chariſſimus ei Fannius, & ipſe Libo ſocer, ut viderunt cum ne poſt adventum quidem Titii, cui Antonius ipſum commiſerat, deſinere cum potentiore bellum gerere, deſperarunt de eo, pactíque ſibi ipſis fidem, tranſierunt ad Antonium: ille ab amicis deſtitutus, ſeceſſit in mediterranea Bithyniæ, petens, ut ferebatur, Armeniam. Eum caſtris noctu egreſſum clàm perſequebantur Furnius & Titius, & Amyntas cum eis: peractóque magna contentione itinere circa veſperam aſſecuti, ſinguli caſtrametati ſunt circa tumulum quendam abſque foſſa vallóque, ut ſero diei feſſíſque. In eo ſtatu Pompeius noctu immiſſis cetratorum tribus millibus, eos invaſit cubantes aut proſilientes è cubilibus, qui omnino nudi ſugerunt turpiter: potuítque Pompeius, ſi eadem nocte totis viribus eos invaſiſſet, aut fugatos perſecutus fuiſſet, abſolvere victoriam: nunc ille quidem fortuna irata rem parum animadvertit, nihil

Pompeius naves incendit.

751

Amici Pompeii ad Antonium tranſeunt.

Pompeius victoria uti neſcit.

inde lucratus, niſi quòd perrexit mediterranea petere. hoſtes verò conjuncti ſequebantur, frumentantem impediendo, donec inopia preſſus petiit colloquium Furnii, amici quondam Magni Pompeii, & dignitate præſtantis, moribúſque gravioris ceteris.

Pompeius colloquium petit Furnii.

Stans igitur in ripa interlabentis fluvii, ajebat ſe legatos miſiſſe ad Antonium: interim quum alimentis opus haberet, nemine ſuppeditante, auſum eſſe talia: Vos autem, inquit, ſi ex Antonii ſententia me bello perſequimini, malè ſibi ille conſulit, imminens bellum non proſpiciens: quòd ſi non expectato ejus juſſu rem geritis, oro obteſtórque expectetis dum legati mei ab illo redeant, aut acceptum me in fidem ducatis ad eum. Committam autem me tibi ſoli Furni, modò bona fide incolumem ſiſtas me Antonio.

Pompeius Furnio ſe dedere vult.

Hæc ille, Antonio fretus ut natura bono, & tantùm timens nequid in itinere ſibi accideret. Ad quæ ſic reſpondit Furnius, Si te Antonii fidei committere volebas, debueras illum accedere ab initio, aut Mytilenæ quietus
752 reſponſum expectare: ſed quia bellum maluiſti, feciſti quæ ipſe ſcis. quorum ſi nunc pœnitet, noli nos duces committere: Titii te crede fidei. cui Antonius mandavit tuum negotium, à quo licet tibi petere quæ petis à nobis: juſſit enim ille, ſi hoſtis eſſe pergas, te interfici: ſin te dedas, mitti ad ſe honorificè.

Furnii verba ad Pompeium ſe dedere volentem.

δὲν ἐπ᾽ ἔργῳ τοιῷδε πλέον, ἢ ὅ
θεν ἐς τὸ μεσόγαιον ἐχώρει. οἱ
ἀλισθέντες εἵποντο, καὶ σιτολογοῦ
τὰ ἠνώχλουν, ἕως κινδυνεύων ὑπὸ
ἀπορίας, ἠξίωσεν ἐς λόγους ἐλθ
Φουρνίῳ, φίλῳ τε Μάγνου γεγενημέ-
νῳ, καὶ ἀξιώσει προύχοντι τῶν ἄλλων
βεβαιοτέρῳ τὸν τρόπον. ποταμὸν
ἐν μέσῳ λαβὼν, ἔλεγε μὲν ὅτι π
σβεύσαιτο πρὸς Ἀντώνιον, ἐπεί
δ᾽ ὅτι τροφῶν ἐν τοσούτῳ δεόμενος
καὶ ἀμελούμενος ὑπὸ αὐτῶν τάδε
„ γένοιτο· Ὑμεῖς δὲ εἰ μὲν Ἀντω
„ γνώμῃ πολεμεῖτέ μοι, κακῶς
„ Ἀντώνιος ὑπὲρ ἑαυτοῦ βουλε-
„ ται τὸν ἐπιόντα πόλεμον οὐ προ-
„ ρῶν· εἰ δὲ τὴν Ἀντωνίου γνώμ
„ φθάνετε, μαρτύρομαι καὶ π
„ ρακαλῶ περιμεῖναι τὴν πρεσβεί
„ μου τὴν ἐς Ἀντώνιον ἀπεσταλμ
„ νην, ἢ λαβόντας ἄγειν ἤδη πα
„ αὐτὸν, ἐπιτρέψω δ᾽ ἐμαυτὸν
„ γὼ σοὶ μόνῳ Φούρνιε, τοσοῦτο
„ πίστιν αἰτήσας, ὅτι με σῶον
„ ξεις ἐς Ἀντώνιον. ὁ μὲν οὕτως
πεν, Ἀντωνίῳ τε θαῤῥῶν ὡς ἀγα
τὴν φύσιν, καὶ μόνα τὰ ἐν μέσῳ
δεδιώς· ὁ δὲ Φούρνιος αὐτὸν οὕτως
„ μείψατο, Ἐπιτρέποντος μὲν
„ ἑαυτὸν Ἀντωνίῳ χωρεῖν ἐς αὐτὸν
„ ἀρχῆς, ἢ περιμένειν ἀτρεμοῦν
„ ἐν Μιτυλήνῃ τὰς ἀποκρίσεις·
„ λεμοῦντος δὲ, ἃ πεποίηκας αὐτὸ
„ τα, τί γὰρ αὐτὰ δεῖ πρὸς εἰδότα
„ γειν; εἰ δὲ νῦν μετέγνωκας,
„ συγκρούειν μὲν ἡμᾶς τοὺς στρατηγ
„ ἐς ἀλλήλους· Τιτίῳ δὲ σαυτὸν ἐπ
„ τρέπειν (Τιτίῳ γὰρ ἐπιτέτραπ
„ τὰ πρὸς σὲ ὑπὲρ Ἀντωνίου) καὶ πί
„ ἣν αἰτεῖς παρ᾽ ἡμῶν, ἔνι σοὶ
„ Τίτιον αἰτεῖν· κεκέλευσαι δὲ ὑπ
„ Ἀντωνίου πολεμοῦντα μέν σε κ
„ τακανεῖν, ἐγχειρίζοντα δὲ πέμπειν ἐς αὐτὸν ἐντίμως.

ϗ

Ὁ δὲ Πομπήιος Τιτίῳ μὲν ἀχαριστίας ὠργίζετο, τὸν πόλεμον τόνδε ὑποδεξαμένῳ πολεμήσειν πρὸς αὐτόν· ἁλόντα γὰρ αὐτὸν αἰχμάλωτον περισεσώκει· ἐπὶ δὲ τῇ ὀργῇ, καὶ εἰ ἀξιος Πομπήιος ὢν ἐπὶ Τιτίῳ γενέσθαι, οὐκ ἐπιφανεῖ πάνυ ἀνδρί, καὶ ὑπώπτευεν αὐτὸν ὡς οὐ βέβαιον, ἐς τὸν τρόπον ὑπονοῶν, καί τινα συγγινώσκων ἐς αὐτὸν ὕβριν παλαιὰν πρὸ τῆς εὐεργεσίας· Φουρνίῳ δ' αὖθις ἑαυτὸν ἐπέτρεπε, καὶ δέξασθαι παρεκάλει. ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ὅδε καὶ Ἀμύντᾳ ἔλεγεν ἑαυτὸν ἐπιτρέψειν· τοῦ Φουρνίου δὲ φήσαντος οὐδ' Ἀμύνταν ἂν δέξασθαι τόδε, ὕβριν ἔχον ἐς τὸν Ἀντωνίου τὸ πᾶν ἐπιτετραμμένον, διελύθησαν· καὶ τοῖς μὲν ἀμφὶ τὸν Φούρνιον δόξα ἦν, ὅτι ὁ Πομπήιος ἐξ ἀπορίας τῶν παρόντων ἑαυτὸν ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐνδώσει τῷ Τιτίῳ· ὁ δὲ νυκτὸς τὰ συνήθη πυρὰ καίεσθαι καταλιπών, καὶ τοὺς σαλπιγκτὰς σημαίνειν τὰ διαστήματα τῆς νυκτὸς ὥσπερ ἦν ἔθος, ἔλαθε μετὰ τῶν εὐζώνων ὑπεξελθὼν τοῦ στρατοπέδου, οἷς οὐδὲ αὐτοῖς προεῖπεν οἷ χωρήσειν ἔμελλεν· ἐνόει δ' ἐπὶ θάλασσαν ἐλθὼν ἐμπρῆσαι τὸ τοῦ Τιτίου ναυτικόν, καὶ τάχα ἂν ἔδρασεν, εἰ μὴ Σκαῦρος αὐτομολήσας ἀπ' αὐτοῦ, τὴν μὲν ἔξοδον ἐμήνυσε καὶ τὴν ὁδὸν ἣν ἐφέρετο, τὴν δ' ἐπίνοιαν οὐκ ᾔδει. τότε δὴ χιλίοις πεντακοσίοις ἱππεῦσιν Ἀμύντας ἐδίωκε τὸν Πομπήιον ἱππέας οὐκ ἔχοντα, καὶ ἐς τὸν Ἀμύνταν οἱ τοῦ Πομπηίου πλησιάσαντα μετεχώρουν, οἱ μὲν διαδιδράσκοντες, οἱ δὲ καὶ φανερῶς. ἔρημος οὖν ὁ Πομπήιος, καὶ δεδιὼς ἤδη τὰ οἰκεῖα, ἑαυτὸν ἄνευ σπονδῶν ἐνεχείρισεν Ἀμύντᾳ ὁ Τιτίῳ μετὰ σπονδῶν ἀδοξήσας.

Iratus erat Titio Pompeius ut ingrato, quòd bellum hoc contra ſe ſuſcepiſſet: captum enim aliquando ſervaverat. Præterea viſum eſt indignius Pompeium in Titii poteſtate fieri, hominis non admodum nobilis, cujus ſuſpectam fidem habebat, ſive conjecturam faciens ex moribus: ſive quia conſcius ſibi erat veteris cujuſdam injuriæ, qua ante beneficium eum affecerat: quapropter iterum ſe dedebat Furnio, rogans ut acciperetur. Id quum non impetraret, petebat ut ſaltem ab Amynta acciperetur: illo verò negante Amyntam facturum id quod conjunctum ſit cum Antonianorum mandatorum executoris injuria, ſolutum eſt colloquium. Furniani putabant fore ut Pompeius inopia coactus ſequenti die ſe Titio dederet: at ille noctu incenſis ex caſtrenſi more ignibus, & tubicinibus per ſigna vigiliarum noctem diſtinguentibus, clàm cum expeditis è caſtris ſe ſubduxit, ne ipſis quidem præmonitis quónam ituri eſſent: cogitabat autem reverti ad mare, & Titii claſſem incendere: quod fortaſſe perpetraſſet, ni Scaurus transfugiens, abitum ejus, & quam viam ingreſſus ſit indicaſſet, quamvis ignarus propoſiti. Tum Amyntas cum MD. equitibus eum perſecutus eſt carentem equitatu: ad quem appropinquantem Pompeiani tranſierunt pars occulta fuga, pars propalam. Pompeius penè deſolatus, & ſuos jam metuens Amyntæ ſi- conditionibus ſe dedidit, qui Titii conditiones reſpuerat.

Pompeius Titio ſe dedere non vult.

Pompeius in fidem Amyntæ ſe tradere vult.

Scaurus à Pompeio transfugit, ejus diſceſſum prodit.

Sic ille captus eſt reliquus Magni filius, in tenera ætate patre
753 orbatus, fratre verò jam adoleſcentulus: quibus ſublatis diu
Pompeius Amyntæ ſe dedit. latuit, occultis latrociniis vexans Hiſpaniam: donec magno confluxu ad ſe facto jam Pompeii ſe filium non diſſimulans, apertius prædatus eſt: occiſóque à conjuratis C. Cæſare juſtum
Pompeii res geſtæ. bellum movit, fultus magnis copiis repentinis, occupatis navibus, pecuniis publicis, & inſulis. Maris deinde occidentalis potitus imperio, fame preſſit Italiam, & inimicos ad quas voluit pacis leges compulit: &, quod præcipuum eſt, pernicioſa proſcriptione per Urbem graſſante, multos optimates ſervavit, qui tum patria fruebantur ipſius beneficio: ſed fortuna mentem adimente nunquam hoſtes aggreſſus eſt, neglectis multis occaſionibus, contentus ſua tueri. Talis fuerat Pompeius qui nunc captus eſt. Titius exercitum ejus adegit ſacramentum Antonio dicere: ipſum anno ætatis ejus quadrageſimo Mi-
Pompeii interitus. leti interfecit: ſive offenſæ veteris memoria plus apud eum valuit quàm ſecuti beneficii gratia, ſive id mandavit Antonius. Sunt
Pompeius Planci mandato interfectus. qui dicant Plancum, non Antonium, id mandaſſe, qui Syriæ præſes ſolitus ſit in majoris momenti literis nomen aſcribere Antonii, & uti annulo ipſius ſignatorio. Hoc factum quidam putant ſciente Antonio, quum ipſe revereretur nomen Pompeii,

Οὕτω μὲν ἑάλω Πομπήιος Σέ[ξ]τος, ὁ λοιπὸς ἔτι τῆς Πομπηί[ου] Μάγνου, νεώτερος μὲν ὑπὸ τοῦ π[α]τρὸς ἀπολειφθεὶς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀδε[λ]φοῦ μειράκιον ἤδη· λαθὼν δ' ἐ[π'] ἐκείνοις ἐς πολὺ, καὶ κρύφα λῃστεύ[ων] ἐν Ἰβηρίᾳ, μέχρι πολλῶν συνδρ[α]μόντων εἰς αὐτὸν ἐπιγνωσθέντα [εἶ]ναι Πομπηίου παῖδα, ἐλῄστευε φανερώτερον· καὶ μετὰ Γάιον Καίσαρα ἐπολέμησεν ἐγκρατῶς, καὶ στρατὸν ἤγειρε πολὺν, καὶ ναῦς, καὶ χρήματα, καὶ νήσους εἷλε, καὶ θαλασσοκράτωρ τῆς ἀμφὶ τὰς δύσεις θαλάσσης ἐγένετο, καὶ τὴν Ἰταλ[ίαν] περιήνεγκεν ἐς λιμὸν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐς συμβάσεις ὡς ἤθελε· τὸ μέγιστον, ἐπίκουρος ἐν ταῖς προγραφαῖς τῇ πόλει πανωλέθρῳ προσχούσῃ γενόμενος, περιέσωσεν ἄνδρας ἀρίστους τε καὶ πολλοὺς, οἳ τότε δι' αὐτὸν ἦσαν ἐν τῇ πατρίδι· ὑπὸ δὲ θεοβλαβείας αὐτὸς οὔ ποτε ἐπεχείρησε τοῖς πολεμίοις, πολλάκις τῆς τύχης εὐκαιρίας παρεχούσης, ἀλλ' ἠμύνετο μόνον. Καὶ Πομπήιος μὲν τοιόσδε γενόμενος ἑαλώκει. Τίτιος δὲ τὸν μὲν στρατὸν αὐτοῦ μετεστράτευσεν Ἀντωνίῳ· αὐτὸν δὲ τὸν Πομπήιον τεσσαρακοστὸν ἔτος βιοῦντα ἐν Μιλή[τῳ] κατέκτανεν, εἴτε δι' αὐτοῦ, μην[ίων] ἄρα τῆς ποτὲ ὕβρεως, καὶ ἀχάρισ[τος] ἐς τὴν ἔπειτα εὐεργεσίαν γενόμενος, εἴτε καὶ ἐπιστείλαντος Ἀντωνίου· εἰσὶ δ' οἳ Πλάγκον οὐκ Ἀντώνιον [λέ]γοντες ἐπιστεῖλαι, καὶ νομίζουσιν [ἄρ]χοντα Συρίας, καὶ ταῖς ἐπιστολ[αῖς] ἐπιτεταγμένον ἐς τὰ ἐπείγοντα ἐ[πι]γράφειν τὸν Ἀντώνιον, καὶ τῇ σφρα[]γῖδι χρῆσθαι. Καὶ Πλάγκον δὲ γράψ[αι] νομίζουσιν οἱ μὲν συνειδότος Ἀντωνίου, καὶ αἰδούμενον γράψαι διὰ ὄνομα τοῦ Πομπηίου, καὶ διὰ Κλε-

πάτρ

πατέρα εὐνῶς ἔχουσαν τῷ Πομπηΐῳ διὰ τὸν πατέρα Μάγνον· οἱ δὲ αὐ-
ν ἐφ' ἑαυτοῦ Πλάγκον τάδε αὐτὰ ειδόντα, καὶ φυλαξάμενον μὴ τὴν τίαν Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος ἐς ἀλλήλους διδῷ Πομπήϊος, καὶ Κλεοπάτρα Πομπηΐῳ συνεργοῦσα ἀναρέψαιεν. ἀλλὰ Πομπήϊος μὲν ἐτε-
νήκει. Ἀντώνιος δὲ αὖθις ἐς Ἀρμενίαν ἐστράτευσε, καὶ ὁ Καῖσαρ ἐπὶ Ἰλλυριοὺς, οἳ τὴν Ἰταλίαν ἐλῄστευον, μὲν οὐχ ὑπακούσαντές πω Ῥωμαίων, οἱ δ' ἐν τοῖς ἐμφυλίοις ἀποστάντες. καί μοι ἔδοξε τὰ Ἰλλυρικὰ οὔτε ἀκριβῶς γνόμενά μοι ώρελμα, οὔτε συντελοῦντα μῆκος ίας συγγραφῆς, οὔτε χώραν ἔχοντα ἑτέρωθι λεχθῆναι τοῦ χρόνου καθ' ἐλήφθησαν· ἔδοξε δὲ συναχθέντος αὐτὰ ἐς τέλος περιαναγράψαι, καὶ προσθεῖναι αὐτὰ τῇ ὁμόρῳ Μακε-
νικῇ.

vel propter Cleopatram faventem ei propter Magni memoriam. alii Plancum ipſum iiſdem cauſis permotum putant, caventem ſimul ne Pompeius præberet aliquam occaſionem diſſidii Cæſari & Antonio, néve Cleopatra favorem in Pompeium transferret. Quo defuncto rurſum Antonius expeditionem ſuſcepit in Armeniam, Cæſar verò contra Illyrios populatores Italiæ, qui aut nunquam paruerant Romano imperio, aut per bella civilia defecerant. Et quia res Illyricæ nec ſatis mihi compertæ ſunt, nec materiam præbere poſſunt juſto volumini, nec alio
tempore narrari poſſunt com- 754
modè, viſum eſt mihi eas in id tempus conferre, quo Romanis ſunt ſubditæ, & in ſummam re-
ctas, Macedonicis finitimis ſubjungere.

APPIANI ALEXANDRINI ROMANARUM HISTORIARUM DE BELLIS GALLICIS LIBER

(vel potius Epitome.)

GALLI omnium primi populo Romano arma intulerunt, Urbémque captam incenderunt, Capitolio tantùm incolumi. Hos Camillus victos expulit, & aliquanto pòſt redintegrantes bellum profligavit iterum, triumphúmque de eis reportavit, annos natus LXXX. Tertiam quoque ejuſdem gentis in Italiam expeditionem Romanus exercitus repreſſit, ductu T. Quintii deletis hoſtibus. Poſt hæc Boji Gallorum omnium ferociſſimi, Romanas opes aggreſſi ſunt, quibus C. Sulpitius dictator duxit obviam, arte etiam uſus in prælio: juſſit enim primores manipulos emiſſis pilis pariter ſubſidere, donec ſecundi tertiiq; & quarti mitterent, ſingulis poſt jactum ſubſidentibus, atque ita eludentibus tela ex adverſo venientia: at ubi ultimi ejaculati eſſent, tum verò univerſi coorirentur, ſublatóque clamore celeriter manus conſererent: fo

Roma à Gallis incenſa.

Galli à Camillo Roma pulſi.

Boji Gallorum ferociſſimi.

ἈΠΠΙΑΝΟ ἈΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ῬΩΜΑΙΚΩΝ ΚΕΛΤΙΚΗ'.

ΚΕΛΤΟΙ' Ῥωμαί
ἐπεχείρησαν πρῶτοι,
τὴν Ῥώμην εἷλον ἄν
τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἐ
πεπρήκασι. Κάμιλλος δὲ αὐτοὺς ἐ
κησε, καὶ ἐξήλασε, καὶ μετὰ χρόνο
ἐπελθόντας αὖθις ἐνίκησε, καὶ ἐθρ
άμβευσεν ἀπ' αὐτῶν, ὀγδοήκοντα γ
γονὼς ἔτη. καὶ τρίτη δὲ Κελτῶν στρ
τιὰ ἐμβέβληκεν εἰς τὴν Ἰταλίαν·
καὶ αὐτὴν οἱ Ῥωμαῖοι διεφθάρκ
σιν, ὑφ' ἡγεμόνι Τίτῳ Κοΐντῳ. μ
δὲ ταῦτα Βοΐοι, Κελτικὸν ἔθνος θ
ριωδέστατον, ἐπῆλθε Ῥωμαίοις·
αὐτοῖς Γάϊος Σουλπίκιος δικτ
τωρ μετὰ στρατιᾶς ἀπήντα, ὅστις
στρατηγήματι τοιούτῳ χρήσασθαι λ
γεται· ἐκέλευσε γὰρ τοὺς ἐπὶ τοῦ με
ώπου τεταγμένους ἐξακοντίσαντ
ὁμοῦ, συγκαθίσαι τάχιστα, μέχ
βάλωσιν οἱ δεύτεροι, καὶ τρίτοι
τέταρτοι· τοὺς δὲ ἀφιέντας, α
συνίζειν, ἵνα μὴ κατ' αὐτῶν ἐ
χθείη τὰ δόρατα· βαλόντων δὲ
ὑστάτων, ἀναπηδᾶν πάντας ὁμο
καὶ σὺν βοῇ τάχιστα εἰς χεῖρας ἰ

ι· καταπλήξειν γὰρ ὧδε τοὺς πο-
μίους τοσῶνδε δοράτων ἄφεσιν,
ἐπ' αὐτῇ ταχεῖαν ἐπιχείρησιν.
ς δὲ δόρατα ἦν οὐκ ἐοικότα ἀ-
ντὶ, ἃ Ῥωμαῖοι καλοῦσι ὑσσοὺς,
λου τετραγώνου, τὸ ἥμισυ, καὶ
ἄλλο, σιδήρου τετραγώνου, καὶ
δὲ καὶ μαλακοῦ, χωρὶς γε τῆς αἰχ-
ῆς. καὶ οἱ Βοιοὶ οὕτω ὑπὸ Ῥω-
κίων τότε ἐφθάρησαν πανστρατιᾷ.
ᾶλους δὲ πάλιν Κελτοὺς ἐνίκα Πο-
πίλιος, καὶ μετ' ἐκεῖνον τοὺς αὐ-
ὺς Κάμιλλος ὁ τοῦ Καμίλλου υἱός.
ησε δὲ κατὰ Κελτῶν καὶ Παῦλος Αἰ-
ίλιος τρόπαια. πρὸ δὲ τῶν τοῦ
αρίου ὑπατειῶν, πλεῖστόν τι καὶ
ολεμικώτατον, τῇ τε ἡλικίᾳ μάλι-
ς φοβερώτατον χρῆμα Κελτῶν εἰς
ὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Γαλατίαν εἰσ-
βαλε, καὶ τινὰς ὑπάτους Ῥω-
μαίων ἐνίκησε, καὶ στρατόπεδα κατέ-
οψεν· ἐφ' οὓς ὁ Μάριος ἀποστα-
είς, ἅπαντας διέφθειρε. τελευ-
ταῖα δὲ καὶ μέγιστα τῶν ἐς Γαλάτας
Ῥωμαίοις πεπραγμένων ἐστὶ τὰ ὑπὸ
αίῳ Καίσαρι στρατηγοῦντι γενό-
μενα. μυριάσι τε γὰρ ἀνδρῶν ἀ-
ρίων, ἐν τοῖς δέκα ἔτεσιν, ἐν οἷς
ἐστρατήγησεν, ἐς χεῖρας ἦλθεν (εἴ τις
φ' ἓν τὰ μέρη συναγάγοι) τετρα-
κοσίων πλείοσι. καὶ τούτων ἑκατὸν μὲν
ἐζώγρησαν, ἑκατὸν δ' ἐν τῷ πόνῳ
κατέκανον. ἔθνη δὲ τετρακόσια, καὶ
πόλεις ὑπὲρ ὀκτακοσίας, τὰ μὲν ἀφ-
στάμενα σφῶν, τὰ δὲ προσεπι-
λαμβάνοντες, ἐκρατύναντο. πρὸ δὲ
τοῦ Μαρίου καὶ Φάβιος Μάξιμος ὁ Αἰ-
μιλιανὸς ὀλίγην κομιδῇ στρατιὰν ἔ-
χων ἐπολέμησε τοῖς Κελτοῖς, καὶ δώ-
δεκα μυριάδας αὐτῶν ἐν μιᾷ μά-
χῃ κατέκανε, πεντεκαίδεκα μόνους
τῶν ἰδίων ἀποβαλών. καὶ ταῦτα μέντοι

enim ut hoſtis perterreatur tot miſſilibus, conſequente mox impetu cominus urgentium. Eſt autem pilum, telum jaculo diſſimile, videlicet haſtile quadrangulum, præfixum ferro item quadrangulo, paris longitudinis, cetera molli præter cuſpidem. Sicque Bojorum etiam totus exercitus à Romanis deletus eſt. Aliam rurſus Gallorum manum vicit Popilius: & poſt illum eoſdem Camillus Camilli filius. Quin & Æmilius Paulus de Gallis trophæa ſtatuit. Sed ante Marii conſulatus, numeroſiſſimæ bellicoſiſſimæque ac robore ætatis formidandæ copiæ Gallorum irruperunt in Italiam & Narbonenſem provinciam, à quibus aliquot Romani coſſ. victi ſunt caſtris amiſſis etiam: contra quos Marius miſſus omnes delevit. Omnium autem noviſſimum & idem maximum bellum cum Gallis Romani geſſerunt auſpiciis C. Cæſaris. Intra decennium enim, quo is imperator fuit, quadragies centena millia ferocium hoſtium in univerſum debellata ſunt: ex his decies C M. virorum in acie capta ſunt, cæſi totidem: nationes CCCC. civitates pluſquam DCCC. vel rebelles retractæ ſunt ad officium, vel tum primùm ſubjugatæ. Ante Marium verò Fabius Maximus Æmilianus cum modico exercitu Gallos aggreſſus centum viginti millia eorum occidit uno prælio, amiſſis tantùm quindecim militibus: & id fecit gra-

Pilum quale teli genus.

Popilius. Camillus, Camilli filius. Æmilius Paulus.

755

C. Cæſaris bella in Gallia.

Fabius Maximus Æmilianus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
1133 C 21 vol. 2

vatus recenti vulnere, ordines obeundo cohortandóque docendóque quomodo tractandi ſint barbari in acie, nunc lectica circum latus, nunc pedibus ſenſim obambulans & ſuſtentatus utrinque. Ceterùm Cæſar ab Helvetiis & Tigurinis initio belli facto, profligavit eorum ducenta millia, ex quibus Tigurini ſuperiore tempore Piſonis exercitum & Caſſii ſub jugum miſerant, ut Claudius Paulus prodidit in ſuis annalibus. Hos Labienus vicit legatus Cæſaris, ceteros verò Cæſar, ferentéſque his opem Tricorios: deinde Arioviſtum & Germanos, qui proceritate ſuperabant vel proceriſſimos, immites moribus & animis ferociſſimi, mortis quoque contemptores perſuaſione futuri in vitam reditus, frigoris æſtúſque juxtà patientes, in egeſtate crudis herbis contenti, equos verò virgultis paſcentes. Ceterùm laborum in præliis non admodum tolerantes fuiſſe videntur & bella non tam ratione geſſiſſe quàm belluino quodam impetu:
756 quibus duabus rebus à Romanis vincebantur: nam illi vehementes impreſſiones faciendo totas legiones impellebant, Romani contrà ſervatis ordinibus cedendo, arte illos ſuperabant, & ad ultimum octoginta eorum millia proſtraverunt. Poſt hæc Cæſar Belgas aggreſſus in fluvii cujuſdam tranſitu, tam multos interfecit ut uſum pontis præberent congeſta cadavera. Nerv

Piſonis & Caſſii exercitus à Tigurinis ſub jugum miſſus.

Claudii Pauli annales.

Arioviſtus & Germani à Cæſare debellati.

Belgarum interfectorum acervus.

ἔπραξε πιεζόμενος ὑπὸ τραύματος ὑπογύου, καὶ τὰ τάγματα ἐπι, καὶ παραθαῤῥύνων, καὶ διδάσκων ὅπως τοῖς βαρβάροις πολεμητέο, τὰ μὲν ἐπ' ἀπήνης φερόμενος, τ δὲ καὶ βάδην χειραγωγούμενος. Καῖσαρ δὲ πολεμήσας αὐτοῖς πρό τον μὲν Ἑλβητίους καὶ Τιγυρίους ἀ φὶ τὰς εἴκοσι μυριάδας ὄντας ἐ κησε. οἱ Τιγύριοι δ' αὐτῶν χρό ἔμπροσθεν Πείσωνος καὶ Κασσίου τὰ στρατὸν ἑλόντες, ὑπὸ ζυγὸν ἐ πεπόμφεσαν, ὡς ἐν χρονικαῖς συ τάξεσι δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδ. τοὺς μὲν οὖν Τιγυρίους ὑποστράτη αὐτοῦ Λαβιηνὸς ἐνίκησε, τοὺς δὲ ἀ λους ὁ Καῖσαρ, καὶ Τρικούριους μυνόντας σφίσιν, ἔπειτα τοὺς μ Ἀριοβίστου Γερμανοὺς, οἳ καὶ τὰ μ γέθη μείζους τῶν μεγίστων ὑπῆρχ, καὶ τὸ ἦθος ἄγριοι, καὶ τὴν τόλμ θρασύτατοι, καὶ θανάτου καταφ νηταὶ δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως, κρύος ὁμοίως ἔφερον θάλπει, καὶ π ἐχρῶντο περὶ τὰς ἀπορίας τροφ καὶ ὁ ἵππος ξύλοις· ἦσαν δὲ ὡς ἐοικ οὐ φερέπονοι ἐν ταῖς μάχαις, οὐδ λογισμῷ ἐπιστήμῃ τινὶ, ἀλλὰ θυμ χρώμενοι καθάπερ θηρία· διὸ καὶ ὑ τῆς Ῥωμαίων ἐπιστήμης καὶ φερεπ νίας ἡσσῶντο. οἱ μὲν γὰρ μετὰ ὁρμ βαρυτάτης ἐπεπήδων αὐτοῖς, καὶ λην ὁμοῦ τὴν φάλαγγα ἀνεώθου Ῥωμαῖοι δ' ὑπέμενον ἐν τάξει, κατεστρατήγουν αὐτοὺς, καὶ ὀκτὰκ μυρίους αὐτῶν τελευτῶντες ἀπ κτεῖναν. μετὰ τούτους ὁ Καῖσαρ τ καλουμένοις Βέλγαις ἐπιπεσὼν, π ταμόν τινα περῶσι, τοσούτους ἀπ κτεῖνεν, ὡς τὸν ποταμὸν γεφυρωθέ τα τοῖς σώμασι περάσαι. Νέρβι δὲ αὐτ

αὐτὸν ἐτρέψαντο, ἄρτι στρατοπε-
ἐξ ὁδοιπορίας κατασκευάζοντι
φνιδίως ἐπιπεσόντες, καὶ παμπόλ-
ς ἐφόνευσαν· τοὺς δὲ ταξιάρχας,
λοχαγοὺς ἅπαντας, καὶ αὐτὸν ἐκεῖ-
εἰς λόφον τινὰ μετὰ τῶν ὑπασπι-
ν πεφευγότα περιέσχον κύκλῳ.
τὸ δὲ τοῦ δεκάτου τάγματος αὐ-
ῖς ἐξόπισθεν ἐπιπεσόντος, ἐφθάρη-
ν ἑξάκις μύριοι ὄντες· ἦσαν δὲ τῶν
ίμβρων καὶ Τευτόνων ἀπόγονοι. ἐ-
άτησε δὲ καὶ Ἀλλοβρίγων ὁ Καῖ-
ρ. οἱ Συπετῶν δὲ καὶ Ταγχαρέων
σσαράκοντα μυριάδες στρατεύσι-
μοί τε καὶ ἀστράτευτοι συνεκόπησαν.
ύγαμβροι δὲ πεντακοσίοις ἱππεῦσι
ς πεντακισχιλίους ἱππεῖς τοῦ Καί-
αρος ἔτρεψαν, ἐξαίφνης ἐπιπε-
όντες, καὶ δίκην ἔδοσαν ἡττηθέντες
μετὰ ταῦτα. ἐπέρασε καὶ τὸν Ῥῆνον
πρῶτος Ῥωμαίων ὁ Καῖσαρ, καὶ ἐς
τὴν Βρεττανίδα νῆσον, ἠπείρου τε
μείζονα οὖσαν μεγίστης, καὶ τοῖς τῆ-
ς ἀνθρώποις ἄγνωστον ἔτι· ἐπέρα-
σε δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀμπώτεως.
ρτι γὰρ τὸ πλῆθος ἤπλετο τῆς θα-
λάσσης, καὶ ὁ στόλος ἐσαλεύετο, ἠ-
ρέμα πρῶτον, εἶτα ὀξύτερον, μέχρι
σὺν βίᾳ ταχὺ διέπλευσεν ὁ Καῖ-
σαρ ἐς τὴν Βρεττανίαν.

verò eum profligarunt, ex itinere aciem adhuc ſtruentem repentè adorti, & magnam ſtragem ediderunt: ceciderunt in ea pugna omnes tribuni centurionéſque, ipſe in tumulum quendam cum ſatellitibus compulſus & obſeſſus eſt: ſed quum decima legio à tergo invaſiſſet obſeſſores, internecione deleti ſunt, quamvis eſſent non pauciores ſexaginta millibus. Hi fuere Cimbrorum Teutonúmque progenies. Idem Cæſar vicit & Allobrogas. Uſipetum Tencterorúmque cccc. m. tum armatorum tum inermium contrucidavit. Sicambri verò quingentis equitibus quinque millia Cæſarianorum equitum fugarunt, ex improviſo eos aggreſſi: cujus audaciæ victi poſtea pœnas dederunt. Rhenum quoque flumen primus Romanorum Cæſar tranſiiit, & in Britanniam inſulam continenti ferè parem trajecit, ignotam ad eam ætatem noſtris hominibus: trajecit autem obſervato æſtus tempore: hoc enim creſcente claſſis undis ſublata eſt, primò ſenſim, mox concitatius, donec vehementi fluxu Cæſar delatus eſt in Britanniam.

Cæſaris clades, à Nerviis accepta.

Nerviorum clades.

Allobroges.

Uſipetæ.

Tencteri.

Sicambri.

Primus Romanorum Cæſar Rhenum tranſiit & in Britanniam trajecit.

APPIA-

757

APPIANI ALEXANDRINI ROMANARUM HISTORIARUM DE BELLIS ILLYRICIS LIBER.

Illyrii qui.

ILLYRIOS Græci eos exiſtimant qui ſupra Macedoniam & Thraciam à Chaonibus & Theſprotis ad fluvium Iſtrum ſedes habent: hæc enim totius provinciæ longitudo eſt. Amplitudo ejus, ex Macedonia & Thraciæ montibus ad Pæones uſque, & Ionium mare Alpiúmque objecta protenditur, quæ dierum quinque itinerationem continet. Longitudo in triplo productior eſt, ut Græci perhibent. Romani eam regionem menſuræ ſubjicientes, longitudinem ſex millium ſtadiorum, latitudinem mille & ducentorum numero contineri putant: aſſerúntque ejus provinciæ cognomen ab Illyrio Polyphemo ortum habuiſſe. Polyphemo quippe Cyclopi, ac Galateæ, Celtum, & Illyrium, & Gallum filios extitiſſe, eóſque ex Sicilia progreſſos, Celtis & Illyriis & Galatis, ab ipſis cognomen aſſumentibus, imperitaſſe. Et hæc mihi inter pleraque à multis memorata placuere. Illyrio deinde

Eorum regio.

Illyrii cognomen unde traxerint.

Polyphemus ac Galatéa & eorum liberi.

ἈΠΠΙΑΝΟ[Υ] ἈΛΕΞΑΝΔΡΕ΄Ω[Σ] ῬΩΜΑΙΚΩ͂Ν ἸΛΛΥΡΙΚΗ΄.

ἸΛΛΥΡΙΟΥ[Σ] Ἕλληνες ἡγοῦν[ται] τοὺς ὑπέρ τε Μακεδονίαν καὶ Θρᾴκ[ην] ἀπὸ Χαόνων καὶ Θ[ε]σπρωτῶν ἐπὶ [πο]ταμὸν Ἴστρον· καὶ τοῦτ' ἐστὶ τῆς χώρας [τὸ] μῆκος· εὖρος δ' ἐκ Μακεδόνων [καὶ] Θρᾳκῶν τῶν ὀρείων, ἐπὶ Παίον[ας] καὶ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς προπόδας τῶν Ἄ[λ]πεων. καί ἐστι τὸ μὲν εὖρος, ἡμερ[ῶν] πέντε, τὸ δὲ μῆκος, τριακοντα, ὡ[ς] δὲ καὶ τοῖς Ἕλλησιν εἴρηται. Ῥ[ω]μαίων δὲ τὴν χώραν μετρησαμένω[ν] ἔστιν ἐφ' ἑξακισχιλίους σταδίους τὸ μ[ῆ]κος, καὶ τὸ πλάτος ἀμφὶ τοὺς χ[ι]λίους καὶ διακοσίους. φασὶ δὲ τὴ[ν] μὲν χώραν ἐπώνυμον Ἰλλυριοῦ τοῦ Π[ο]λυφήμου γενέσθαι. Πολυφήμῳ γὰ[ρ] τῷ Κύκλωπι καὶ Γαλατείᾳ Κελτ[ὸν] καὶ Ἰλλυριὸν καὶ Γάλαν παῖδας ὄντα[ς] ἐξορμῆσαι Σικελίας, καὶ ἄρξαι τῶν δι' αὐτοὺς Κελτῶν, Ἰλλυριῶν καὶ Γαλα[τῶν] τῶν λεγομένων. καὶ τόδε μοι μάλιστ[α] πολλὰ μυθευόντων ἑτέρα πολλῶν ἀ[ρ]έσκει. Ἰλλυριῷ δὲ παῖδας, Ἐγχ[…]

λεα

α, καὶ Αὐταριέα, καὶ Δάρδανον, καὶ
αῖδον, καὶ Ταυλαντὸν καὶ Περραιβὸν
υἱέας, καὶ θυγατέρας, Παρθὼ καὶ
ορθὼ καὶ Δασσαρὼ, καὶ ἑτέρας· ὅ-
εἰσὶ Ταυλάντιοί τε καὶ Περραιβοὶ
Ἐγχέλεες, καὶ Αὐταριεῖς καὶ Δάρ-
νοι καὶ Παρθηνοὶ, καὶ Δασσαρήτιοι
Δάρσιοι. Αὐταριεῖ δὲ αὐτῷ Παν-
ιον ἡγοῦνται παῖδα ἢ Παίονα γε-
ϑαι, καὶ Σκορδίσκον, Παίονι, καὶ
ιβαλλόν. ὧν ὁμοίως τὰ ἔθνη παρ-
υμα εἶναι. καὶ τάδε μὲν τοῖς ἀρ-
ιολογοῦσι μεθείσθω.

Γένη δὲ ἐστὶν Ἰλλυριῶν, ὡς ἐν το-
δε χώρᾳ, πολλὰ καὶ περιώνυ-
ς, ἔτι νῦν χώραν νεμόμενα πολ-
ὺ Σκορδίσκων καὶ Τριβαλλῶν· οἳ
τοσοῦτον, ἀλλήλους πολέμῳ διέ-
φθειραν, ὡς Τριβαλλῶν ἔτι ὑπό-
ιπον ἐς Γέτας ὑπὲρ Ἴστρον φυ-
ῖν, καὶ γένος ἀκμάσαν μέχρι
λίππου πατρὸς Ἀλεξάνδρου, νῦν
ιμον καὶ ἀνώνυμον τοῖς τῇδε εἶναι·
κορδίσκους δὲ ἀσθενεστάτους ἀπὸ τοῦδε
νομένους, ὑπὸ Ῥωμαίων ὕστερον ἄ-
ιαν παθεῖν, καὶ ἐς τὰς νήσους τοῦ αὐ-
ποταμοῦ φυγεῖν. σὺν χρόνῳ δὲ τι-
ς ἐπανελθεῖν, καὶ Παιόνων ἐσχατιαῖς
ροικῆσαι· ὅθεν ἐστὶ καὶ νῦν Σκορδι-
ων γένος ἐν Παίοσι. τῷ δ' αὐτῷ
όπῳ καὶ Ἀρδιαῖοι τὰ θαλάσσια ὄν-
ς περὶ αὐτὰ ἄριστοι, πρὸς Αὐ-
ριέων ἀρίστων ὄντων τὰ κατὰ γῆν,
πολλὰ βλάψαντες αὐτοὺς, ὅμως ἐ-
φθάρησαν. καὶ ναυτικοὶ μὲν ἐπὶ τοῖς
ρδιαίοις ἐγένοντο Λιβυρνοὶ, γένος
ερον Ἰλλυριῶν, οἳ τὸν Ἰόνιον καὶ τὰς
σους ἐλῄστευον ναυσὶν ὠκείαις τε καὶ
φαις· ὅθεν ἔτι νῦν Ῥωμαῖοι τὰ

filios Achillem, Autarium, Dardanum, Mœdum, Taulantium, Perrhæbúmque referunt: filias quoque Partham, Daortam, Daſeram, aliáſque: à quibus Taulantii, Perrhæbi, Achillei, Autarici, Dardani, Partheni, Daſeretii, Darſiíque prodiere. Autario ipſi Pannonium, vel Pæonum potius, & Scordiſcum filios fuiſſe ajunt, Pæono Tribalum, à quibus pariter nationum cognomina traducta ſunt. Et hæc quidem ab antiquitate repetuntur.

Illyriorum gens itaque, ut in tam ampla regione multa & vulgata nunc quoque ineſſe cernimus, Scordiſciorum & Tribalorum fuit: qui tellurem ingentem poſſidentes, tam diu inter ſe bello dimicarunt, quo ad Triballorum, qui ſupererant, ad Getas ſupra Iſtrum fuga tranſiere. Hæc natio ad Philippi & Alexandri uſque tempora potens habita, nunc adeo eviluit, ut nullo ferè cognomine ſupereſſe videatur: Scordiſciorum inſuper gens debilior effecta: hi enim à Romanis bello ſuperati, ad Iſtri tandem fluminis pervenere inſulas. Procedente mox tempore, nonnulli iterum regreſſi Pæones incoluere ultimos, & ob id nunc quoque inter Pæones Scordiſciorum genus eſt. Pari modo & Ardiei, quum mari finitimi optima Autariorum loca circa littus invaſiſſent, eos expulere. Poſt hos Liburni navi-us plurimum inſignes fuiſſe memorantur, Illyriorum natio a-a, qui Ionium inſuláſque prædabantur, navibus citis uſi levitéque præcipuis: qua ex cauſſa Romani nunc quoque naves,

Scordiſcii. Tribali. 758

Ardiei.

Liburni.

quæ

quæ levitate celeritatéque præſtarent, Liburnicas ſolent appellare. Fama eſt Autarios Apollinis indignatione in extremam deciſſe cladem: quippe eoſdem Celtáſque, quos Cimbros vocant, ad Delphos poſuiſſe caſtra, ſtatimque omnes diſperſos aufugiſſe, multos ante inceptam pugnam, pluvia in eos cum procellis fulguribúſque deſæviente. His verò, qui ad propria rediſſent, infinitam ranarum vim ſubortam, quæ putreſcentes flumina corrumperent. Vapore deinde ex terra exhalante, peſtem Illyriorum ac corruptionem inſecutam eſſe, quæ potiſſimùm Autarios invaderet, donec profugi à patria, ac peſtem deferentes, quum nemo ob timorem ſuſcipere auderet, trium & viginti dierum progreſſi iter, ad tellurem paluſtrem inhoſpitámque venere, & juxta Baſternarum gentem condidere urbes. Celtarum porro tellurem Apollinem concuſſiſſe ajunt, urbéſque abſorbuiſſe: nec prius finem tantæ cladi impoſitum, quàm & ipſi pari modo è laribus egreſſi ſunt, & in Illyrios qui cum ipſis unà deliquiſſent, pervenere: quos peſte jam confectos, & ob id debiles, quum facilè viciſſent, contrectatione earum rerum morbo correpti in fugam abiere, & ad
759 Pirenen uſque mutavere loca: quum deinde ad orientem greſſus convertiſſent, Romani Celtaru[m] metu ducti, cum quibus antea inſigni bello dimicaverant, ne hi ſuperatis Alpibus in Italiam venirent, conſules oppoſuero qui cum omni exercitu deleti ſunt. Hujuſmodi Romanorum c

Autariorum clades, & indignatio Apollinis in eos & Celtas qui ad Delphos caſtra poſuerant.

Romanorum clades

κοῦφα καὶ ὀξέα δίκροτα Λιβουρ-
νίδας προσαγορεύουσιν. Αὐταριά-
ται δὲ ἐκ θεοβλαβείας Ἀπόλλωνος ἐς
ἔσχατον κακοῦ περιελθεῖν. Μολό-
μενοι γὰρ αὐτοὺς καὶ Κελτοῖς τοῖς Κιμ-
βροις λεγομένοις ἐπὶ Δελφοὺς συστρα-
τεῦσαι, καὶ φθαρῆναι μὲν αὐτίκα τοὺς
πλέονας αὐτῶν, πρὸ ἐπιχειρήσεως,
ὑετῶν σφίσι καὶ θυέλλης καὶ πρηστήρων
ἐκπεσόντων. ἐπιγενέσθαι δὲ τοῖς ὑπο-
στρέψασιν ἄπειρον βατράχων πλῆ-
θος, οἳ διασαπέντες τὰ νάματα
διέφθειραν. καὶ ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν ἀνα-
τόπων γενομένων, λοιμὸς ἦν Ἰλλυ-
ριῶν, καὶ φθορὰ Αὐταριατῶν μά-
λιστα· μέχρι φεύγοντες τὰ οἰκεῖα,
καὶ τὸν λοιμὸν σφίσι περιφέροντες, οὐ-
δενὸς αὐτοὺς δεχομένου διὰ τοῦτο τὸ
δέος, ὑπερῆλθον ὁδὸν ἡμερῶν εἴκο-
σι καὶ τριῶν· καὶ τήνδε γῆν ἑλώδη καὶ
ἀοίκητον, παρὰ τὸ Βαστερνῶν ἔ-
θνος ᾤκησαν. Κελτοῖς δὲ ὁ θεὸς τὴν
γῆν ἔσεισε καὶ τὰς πόλεις κατήνεγ-
κε· καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἔληγε, μέ-
χρι καὶ οἵδε τὰ οἰκεῖα φεύγοντες
ἐνέβαλον ἐς Ἰλλυριοὺς τοὺς συναμαρ-
τόντας σφίσιν, ἀσθενεῖς ὑπὸ τοῦ λοι-
μοῦ γενομένους· καὶ ἐδῄωσάν τε
ἐκείνων, καὶ τοῦ λοιμοῦ μεταχόντες
ἔφυγον, καὶ μέχρι Πυρήνης ἐλεηλά-
τουν. ἐπιστρέφουσι δὲ αὐτοῖς ἐς τὴν
ἕω, Ῥωμαῖοι δεδιότες, ὑπὸ μνή-
μης τῶν προπεπολεμηκότων σφί-
Κελτῶν, μὴ καὶ οἵδε ἐς τὴν
Ἰταλίαν ὑπὲρ Ἄλπεις ἐσβάλοιεν,
ἀπηντῶν ἅμα τοῖς ὑπάτοις,
πανστρατιᾷ διώλλυντο. καὶ τὸ π
θος τοῦτο Ῥωμαίων μέγα δέ

Κελτ

ελτῶν ἐς ὅλην τὴν Ἰταλίαν ἐνέ-
πεσε, μέχρι Γάϊον Μάριον ἑλό-
μοι σφῶν οἱ Ῥωμαῖοι στρατηγεῖν,
τι Λιβύων τοῖς Νομάσι καὶ Μαυ-
υσίοις ἀκρατῶς πεπολεμηκότα,
ὶς Κίμβρους ἐνίκων, καὶ πολὺν
νον αὐτῶν εἰργάσαντο. πολλάκις
μοὶ περὶ Κελτῶν λέγοντι εἴρηται.
δ' ἀσθενεῖς τε ἤδη γενόμενοι, καὶ
ἁπάσης γῆς ἀποκλειόμενοι διὰ τὸ ἀ-
εβές, ἐς τὰ οἰκεῖα ἐπανῆλθον, πολ-
καὶ δράσαντες καὶ παθόντες.

* * * * * * *
* * * * * *
* * * * *
* * * *
* *
*

des, & terribile Celtarum nomen, omnem invaſit Italiam, donec Marium imperatorem eligentes, qui prius Libycos, Numidáſque, ac Maurufios ingenti prælio devicerat, Cimbros ſuperarunt, plurimámque illis cædem ſæpenumero intulerunt, ut à me quum de Celtis ſcriberem, ſuo loco relatum eſt. Qua ex re debiliores jam effecti, & ob id excluſi tellure omni, multa perpeſſi atque inferentes damna, ad propria tandem rediere loca. Et hic finis impietatis à deo Illyriis Celtíſque impoſitus. Nec propterea à ſacrilegio impias cohibuere manus. Verùm iterum ex Illyriis Celtíſque, Scordiſcii præcipuè ac Medi, Dardaníque Macedoniam ſimul ac Græciam excurrêre, & multa ex ſacris deprædati, Delphicum iterum invaſere templum, pluribus ex ſuis tunc quoque amiſſis, duobus ac triginta, à prima inter Romanos & Celtas incepta pugna, elapſis annis, & ex illo per intervalla cum eiſdem depugnantes, denuo ob ſimile ſacrilegium in eos movere bellum, Lucio Scipione ducente exercitum: jam tum quidem Græcis, Macedonibúſque imperantes. Feruntque finitimos ad hæc nefanda ſocios illis acceſſiſſe, verùm ſua ſponte nulla exhibita ope Scipioni eos reliquiſſe, Autariorum memoria ductos, qui per Illyrium omne concidiſſent: Scipionem verò Scordiſciorum univerſos ferè deleviſſe: qui autem è bello

à Celtis accepta.

Celtarum clades variæ ſub Mario.

Delphicum templum.

Lucius Scipio.

è bello ſuperfuerant, ad Iſtrum fluminíſque inſulas perverſe fuga: ipſum deinde cum Medis & Dardanis, ſacri auri pactio corruptum, iciſſe fœdus, ex quo nonnulli Italorum monumentis

Potiſſima civilium bellorum Romæ cauſa.

ſuis prodidere, ob hanc potiſſimùm cauſam Romanos ſæpenumero poſt Lucium uſque ad monarchiam civilibus inter ſe concertaſſe bellis. Hæc igitur de Illyriis ac Græcis habita longioribus verbis à me perſcripta ſunt. Romani verò non hos duntaxat, d

760 Pæones ultra eos, nec non Rhetios, Noricos, & Myſios qui Europam incolunt, & quoſcunque alios his finitimos, qui Iſtrum à dextra navigantibus ſeſe offerunt, viciſſim ut Hellenes à Græcis diſtinguunt, eóſque propriis appellationibus ſeparatim nominant; ceterùm communi vocabulo Illyrios omnes arbitrantur. Qua opinione à principio ducti, neutiquam adhuc in ea perſiſtentes nem earum invenere nationum, ſed ab Iſtri ortu uſque ad mare Ponticum, quod ſub tributo obtinent, Illyrici fines eſſe voluerunt. Quemadmodum autem ſub imperium illos adegerint Romani, quum de Celtis ſcriberemus, præfati ſumus minimè nos abundè cognoviſſe, neque bellorum principia aut occaſiones perſpiciſſe. Eámque ob cauſam qui clarius Illyriorum res diſcernere, ad ſcribendum hortati ſumus: quæ autem nobis nota ſunt, palam efferemus.

Agron rex.

Agron Illyriorum partis rex fuit, ejus quæ circa Ionii maris ſinum ſita eſt: quam & Pyrrhus Epiri rex, & qui Pyrrho viciſſim adhæſerunt, olim tenuere. Idémque & Epiri partem quandam, & Corcyram ultra hanc, & Epidamnum, Pharúmque ſuſcipiens, ſub cuſtodia detinuit. Reliquum autem Ionii quum ille

Eſſios inſula ad Romanos deficit.

navigaret, inſula quædam, Eſſios nomine, ad Romanos defecit, & ſubinde legatos ad eos miſit, accuſationem eorum, quæ in Eſſios Agron commiſiſſet deferentes. Illyrii navigantibus in-

Calemporus.

Coruncanius.

